PAŃSTWOWE
MUZEUM ZOOLOGICZNE
BIBLJOTEKA
Inw. Nr. K.1915.

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

# ENUMERATIO

# LEPIDOPTERORUM

# HALICIAE ORIENTALIS

auctore

MAXIMILIANO SIŁA NOWICKI

LEOPOLIENSIS C. R. GYMNASII ACADEMICI PROFESSORE, VINDOBONENSIS ZOOLOGICO-BOTANICAE SOCIETATIS MEMBRO.

NARODOWE MUZEUM PRZYRODNICZE DZIAŁ ZOOLOGICZNY

NARODOWE MUZEUM PRZYRODNICZE
DZIAŁ ZOOLOGICZNY
Bibljoteka. № Inwent. 2353.

LEOPOLI,

SUMPTIBUS AUCTORIS.

Typis Instituti Stauropigiani.

1860.

http://rcin.org.pl

H4164

PAŃSTWOWE MUZEUM ZOOLOGICZNE BIBLIOTEKA Inw.

K. 1915.

Biblioteka Muzeum i Inst. Zoologii PAN

K.1915

1000000000338

# Praefamen.

Praesente opella benevolis Lepidopterologiae Cultoribus trado Enumerationem lepidopterorum Haliciae orientalis, [1]) haud quidem integram et absolutam, sed tamen quod ad numerum specierum adtinet, ita locupletem, ut eam aliis cum Faunis laudatis modeste aemulari posse opiner.

Ne tamen hic meus labor, quo primus lepidoptera Haliciensia in notitiam Orbis Entomologici perfero, injuste dijudicetur, nonnulla pauca sunt praemonenda.

Sub hac Enumeratione elaboranda nullis adminiculis, quae laborem sublevassent, laetari potui. Lepidoptera in eam introducta, ego ipse, qui cognitione praedivitis insectorum Faunae nostrae Haliciae ardeo, per integrum decennium, annis scilicet 1850. ad 1860. sub excursionibus in loca propinquiora nec non sub spatiosis itineribus per Haliciam orientalem, meo Marte meisque sumptibus institutis, laboriose conquisivi, comportavi, expansaque meis collectionibus recondidi. Omni insuper enitens opera et huncce libellum conscripsi, eumque ad finem adduxi. Ea enim est conditio mei temporis, quod in negotiis publicis deinceps transigo, ut horas tantum subsecivas, easque paucissimas, dilectissimae mihi scientiae sacrare possum. Hoc etiam in causa fuit, cur optima voluntate observationes circa erucas, tempus earum vivendi, victum, mores, metamor-

---

[1]) In programmate Samboriensis Gymnasii anni 1858. primitias Faunae Coleopterorum Haliciae orientalis in lucem edidi. Publicationem reliquorum ordinum, qui restant intacti, in alium diem differo.



http://rcin.org.pl

phosin aliaque hactenus paucissimas tantum fecerim easque hoc tempore silentio praeterire melius duxerim.

Mille ducentas species, ab anno 1850. usque ad annum 1856. collectas, anno 1857. Vindobonae [2]) adhibitis literarum subsidiis, quae ibidem inveneram, determinavi. Prae ceteris quamlibet speciem, nulla excepta, cum speciminibus originalibus collectionis lepidopterologicae Musei zoologici Palatini Vindobonensis exactissime vicibus iteratis comparavi morosoque subjeci scrutinio. Tum demum sensim sensimque summa cum diligentia pervolvi Hübneri, Herrich-Schäfferi, Freyeri, Fischeri de Röslerstamm, Ochsenheimerii—Treitschkii, Zelleri pleraque alia scientiae Heroum eximia opera separata exactosque tractatus solitariorum generum novarumve specierum variis Actis insertos.

Viris Amplissimis: **D. Josepho Mann**, Musei entomologici Palatini Vindobonensis Custodi, Lepidopterologo experientissimo et indefesso, qui me non solum tempore dum viverem Vindobonae, consilio et opera libentissime adjuvabat, sed et nunc, omni fere subsidio literarum carentem, amicissime adjuvat, tum **D. Henrico Zimmermann**, Medico militari, Lepidopterologo ardore scientiae amplificandae nunquam senescenti, qui pretiosa Hübneri, Herrich-Schäfferi, Freyeri, Fischeri de Röslerstamm opera tempore postremo mecum singulari favore et liberalitate Ei propria communicavit, quam maximas publice dico gratias.

Num species nudas cum solis citationibus Auctorum et annotationibus habitationis, temporis vigendi, vel insimul characteres specificos in hac Enumeratione afferrem, diu haesitavi. Quum vero adumbrationibus specierum cognitarum, quae et saepius repetitis descriptionibus adcurate expositis atque figuris illustratis jam satis sunt elaboratae et stabilitae, Lectoribus vix quidquam novi utilisve adtulissem, ego ceteroquin id opusculum, propriis sumptibus editum, tam exiguo, quam fieri potuit, volumine dare voluerim, diagnoses us-

---

[2]) Vide Celeberrimi Vincentii Kollari dissertationem „Ueber springende Cynips Gallen" in Actis C.R. Zoolgico — Botanicae Societatis Vindobonensis, vol. VII., pag. 513. Notissimus Hic orbi literario Entomologus meritissimus et nunquam obliviscendus, Fautor scientiae indefessus, Vir honestissimus, anno pristino praemature e vita discessit. Sit Ei terra levis!

http://rcin.org.pl

que ad Tineacearum genus Gelechiam plerasque omisi. Sed speciebus reliquorum hujus familiae generum, distinctu plerumque difficilioribus corporisque magnitudine minutissima individua continentibus, descriptiones addere necessarium duxi. Usus sum hac ratione Excellentissimi Zelleri diagnosibus, quae in Linnaeae Entomologicae Stettinensis voluminibus I—XIII, et in Iside Okeni anni 1839. leguntur, quasque semper retinui immutatas, quoties et expositiones ampliores DD. Zelleri et Schäfferi in mea animalcula Haliciensia bene quadrabant. Omnes vero illas species, easque non paucissimas, de quibus in aliquo versabar dubio, ex natura fideliter ipse adumbrare conabar. Num vero mihi contigerit hac ratione semper optima et ex voto praestare, experientiori Lectori benevolo dijudicandum erit, quocum species dubias scopo literario communicare semper paratus ero.

In citatione Auctorum nec non in synonimis afferendis paucus fui, semper de eo sollicitus, ne in magnum volumen excresceret libellus. Tales solummodo Auctores citavi, quorum opera tempore postremo comparaveram, tum qui et optime et novissime species descripserunt atque depinxerunt [3]. Si tamen errores evitare non potuerim, vel si ambigua quoad species Micropterorum difficiles, post reditum Vindobona captas [4] et cum collectionibus originariis non comparatas, sed operibus adjuvantibus determinatas, aliquando invitus attulerim, id benigne excusetur et non graviter in culpam mihi vertatur.

Ex reminiscentia in hoc opusculum nihil recepi, nec quod mihi ab aliis communicatum sit, sed stricte illa tantum in eo di-

---

[3]) In citatione horum Auctorum sequentibus usus sum abbreviationibus: OT. = Ochsenheimer — Treitschke; HS. = Herrich — Schäffer; FR. = Fischer de Röslerstamm; H. = Hübner; Z. vel Zell. Is.... et Linn..... = Zeller Isis Okeni 1839. .. et Linnaeae Entomologicae Stettinensis vol....

[4]) Museo zoologico C.R. Academiae Leopolitanae dono missa est a Museo zoologico Palatini Vindobonensis satis opulenta et europaeorum et exoticorum lepidopterorum collectio simul cum catalogo systematico, digito Amplissimi Mannii conscripto. Cum speciminibus hujus collectionis figurisque illustratis DD. Schäfferi, Hübneri, Freyeri, Praunii, Meigeni Bergii, Treitschkii, Panzeri, omnia mea macrolepidoptera, annis proxime praeterlapsis capta, comparavi eaque recte determinata esse scio.

http://rcin.org.pl

vulgantur, quae ipse bene et observavi et vidi, reapseque inveni. Cuncta igitur circa singulas species, quoad loca inhabitata, tempus volandi, dispositionem, hinc inde et frequentiam, a me prolata vera esse sincere confirmo. Sumpsi enim ea ex sedulo conscriptis annuarum excursionum diariis nec non ex schedulis, unicuique individuo in mea collectione additis, quibus loca natalia, dies mensesve vigendi aliaque sollicite inscripsi. Loca habitationis nominibus tantum, iisque plerumque abbreviatis, designavi. Ea enim, ad evitandas descriptionum repetitiones, infra sub indice, literarum ordine disposita, comprehendi et quantum potui, saltem quod silvas, elevationem aliaque spectat, determinavi. Lectores igitur, indolem allatorum locorum cognoscere cupientes, ad hanc indicem delegare mihi licitum sit. Hoc loco reticere insuper non debeo, D. Zimmermann, Illum experientissimum et felicissimum erucarum inventorem et educatorem, anno 1860. sub excursionibus in varias Leopolienses localitates opulentam lepidopterologicam fecisse messem et non solum aliquot macrolepidoptera, quae meis oculis hactenus se subtraxerunt [5]), sed etiam majore minoreve frequentia in imaginibus declaratis erucisve non paucas tales conquisivisse species, quas ego hucusque singulis, ad summum aliquot, cepi speciminibus.[6]) Id hac de causa mihi est commemorandum, ne benevoli Lectores putent, pleraque lepidoptora, quae uti unica in mea Enumeratione, initio anni 1860. typis mandata, adducuntur, in Halicia rarissime procreari vel quasi fortuito inveniri. Me igitur plerasque species neque raras neque frequentes esse dixisse, imo numerum tantum exemplarium ad id tempus captorum designare melius duxisse, nemini displicere posse puto, fieri enim potest, ut multae harum specierum, quas nunc falso raras putem, olim vulgares in

---

[5]) **Colias palaeno L., Bombyx Querna SV., Bombyx Velitaris Esp., Orgyia Gonostigma Fabr., Zygaena Minos SV., Zyg. Peucedani Esp., Zyg. Onobrychis SV., Acronycta Bradyporina Tr., Mania Maura L., Cucullia Scrophulariae SV, Toxocampa Craccae SV.**

[6]) **Cuspis, Batis, Tragopogonis, Cassinia, Conspicillaris, Abrotani, Orion, Leucophaea, Oxyacanthae, Pinastri, Pisi, Calvaria, Carbonaria, Aprilina, Psittacata, Margaritaria, Badiata, Roboraria, Fascelina, Furcula, Bifida.**

http://rcin.org.pl

certis regionibus futurae sint.[7]) Moneam insimul oportet, numerum lepidopterorum, quibus et insignibus et communibus terrae nostrae superbiunt et abundant, minime ad unguem exquisitum esse. In meis enim excursionibus, quas annis proxime praeterlapsis scopo entomologico abrupte instituebam, adhuc semper circiter 100 species, antea non visas, colligere mihi contigit, quamvis nunquam indagationi solius faunae lepidopterologicae deditus fuissem potissimamque meam operam in sola Lepidopterologia collocavissem. Quantum opinor, producit alitque Halicia in suis frutectosis, pratis etc. ad minimum duo millia lepidopterorum species.

Quoad Macrolepidopterorum nomenclaturam seriemque systematicam in ordinanda collectione Auctor mihi fuit D. Lederer;[8]) in Micropteris secutus sum, deficientibus me olim operibus, omnes meas species amplectentibus, D. Heydenreichii catalogum methodicum. Eundem ordinem, omni ratione veram collectionis meae imaginem redditurus, retineo in summa etiam in hoc libello, quo Lepidopterorum Studiosis non systema sed indicem, nostris temporibus certe desideratam, dare volui, ut saltem scirent quot et quaenam lepidopterorum species terrae nostrae in suo gremio proferant, alant et sustentent.

Micropterorum species plane novas, quas in Halicia mihi contigit detegere, quasque in hoc opusculo descriptas divulgo, Viris Celeberrimis, de doctrinis naturalibus optime meritis, in tesseram summae meae observantiae dedicare ausus sum. Me ceterum et fidelibus iconibus illustratis, sine quibus etiam ampliores descriptiones saepe vacillare expertum habeo, hunc libellum adornare conatum fuisse, Lectores ex addita tabula, haud perfecta persuasissimum habeant. Hoc vero meum propositum variis insuperabilibus difficultatibus tempore frustratum est. Si tamen in futurum mihi contigerit, saltem aliquot tabulas curare illustrandas, scientiae Coryphaeis insignioribusque Museis eas mittere non negligam.

---

[7]) Ubi de aliqua specie in Enumeratione dicitur: illam per cunctum territorium habitare, significatur, eandem in omnibus fere perlustratis regionibus inveniri.

[8]) Versuch die europ. Lepidopteren etc. Verhandlungen des Zoologisch-Botanischen Vereines, Wien 1852, 1853. — Noctuinen Europas, Wien 1857. — Lepidopt. Mittheilungen, Berliner entomolog. Zeitschrift, vol. II.

http://rcin.org.pl

Ne quis denique hoc libello, qui Enumeratio Lepidopterorum Haliciae orientalis inscribitur, offendatur neve forsan sentiat, me eo tantum superbire voluisse, succinctam excursionum mearum narrationem peropportunam esse censeo, eoque magis, ut qui post me in Halicia dabunt Lepidopterologiae operam, adcurate sciant, quasnam regiones ego ad unguem fere perquisiverim, in quibus me diutius breviusve ad insecta colligenda detinuerim, quas porro peragrarim festinanter, semel pluriesve legendo tetigerim vel omnimo non viderim.

Annos 1850. et 1851. transegi in oppidulo *Brody*, unde multoties rus evolans perscrutabar saepissime imprimis: uliginosa inter *Brody et Koniuszków*, sterilia sabuleta urbi adjacentia, lucum betulineum *Brzezina*, lucos querceos ad *Gaje starobrodzkie*, vasta pineta urbi propiora eaque juxta *fines Rossicos*, floridum monticulum *Drańcza vel Makutra*, fagetis convestitos monticulos circa *Sasow*, *Podhorodce*, *Boratyn*, *Huciska*.

Aestatem exeuntem totumque autumnum anni 1851. in terris Podolicis degebam. Ex pluries bimestri tempore lustratis localitatibus laudandus est praeprimis lucus mixtus et ambitus pagi *Płotycze*, tum herbosi colles, qui *Tarnopolim inter et Płotycze* continuorum stagnorum ripis eminent potiusque autem ratione geognostica quam botanica entomologicave insigniuntur.

A m. Martio an. 1852. usque ad m. Augustum an. 1858. habitabam Samboriae, unde continuos instituebam excursus non solum in omnes localitates vicinas urbi adjacentes verum et in multas remotas Samborienses, Stryenses et Sanocenses regiones indolis diversissimae: Etenim perquisivi frequentissime per sexennium a primo verno usque ad hyemem ineuntem *Samboriam* ipsam cum ejus floralibus, pometis, ambulacrorum arbustis, suburbiis; tum pratum *Błażowszczyzna*, herbosa uliginosa *Pod Lwowcem*, betuletum *Lwowiec*, aliaque silvatica frond. in vicino pago *Radłowice górne*. Lustrabam porro saepissime qualibet aestate silvam Abietis pect. in *Uherce*, frutecta quercea pascuaque sterilia in *Szady*, silvulam Abietis pect. *Jedlina*, silvulam fagineam *Zapust*, fruticosa frond. *Sabaryna*, quercetum *Woznyczne* cum adjacente ei udo prato *Pod Woznycznym* in pago *Słupnica*, fagetis interpositum quercetum *Pawłówka* in pago *Czaple*, prata uda inter pagos *Kalinow*, *Czerniechow et Koniuszki*, quercetum in *Chłopczyce*, alneta et excisum quercetum in *Koniuszki*. Ad summum decies pervagatus sum mensibus aestivis junipereta et alneta in monticulo *Baczyńska góra*, herbosa hortosque in pago *Strzelbice*, piceta in *Starasol*. Vicibus iteratis perscrutavi summatim aliquot per dies silvulam frond. ad *Nowoszyce*, betuletum in *Bronica*, mixta silvatica cum marginalibus fruticetis frond. et his adjacente udo prato *Między kątem i białą drogą* in pago *Dobrowlany*, quercetum *Łuh* cum adjacente ei humido prato *Stawki w łuhu* in pago *Rakowiec*, steriles campos humidiusculos in *Bolow*, silvas frond.

http://rcin.org.pl

et acer. cum apricis lapidosis promontoriorum ad *Spas*, fruticosa promontoriorum ad *Staremiasto*. Pluries praeterea Leopolim iter faciens perambulabam vario tempore et prata et mixtas silvulas frond. circa *Rudki et Hoszany*, quercetum ad *Lubień*, silvamque in pago *Zimnawoda* e Betula, Quercu et Pino silvestri compositam. Semel denique commorabar initio m. Maji per 4 dies in vastis silvaticis Abietis pectinatae in montosis circa pagum *Ławrów*; sub finem vero ejusdem mensis item in paucos dies pagum *Wołcze* profectus sum, unde die 22. in propinquum et ad oppidulum *Łomna* vergentem montem *Magóra* (infra Abiete pect., supra Fago convestitum), tum die 24. in montem *Werch Rozłucki* (Abiete pect. tectum), sub cujus cacumine flumen Dniester scaturit, enixus sum.

Ferias scholae anni 1853. (in Halicia orientali a medio m. Julio u. ad finem m. Aug. durantes) vivebam in *Beskidis Sanocensibus*. Peragravi ibidem huc illuc vastas Abietis pectinatae silvas circa opp. *Ustrzyki* ad flumen Strwiąż, sterilia lapidosa circa opp. *Lutowisko* (ad flumen San), silvas fagineas et Abietis pectinatae cum pratis montanis circa pag. *Stoposiany*, inferiores regiones primaevorum fagetorum circa pagos *Dwernik et Ustrzyki górne*, in ipso Hungariae confinio sitos. Die 28. m. Julii conscendi ex pago Ustrzyki górne, ubi diutius me detinui, vicinam alpem [8]) nomine *Rabka Berehiwska*, in circumjacentes montes dominantem et propter ceteros ab vernaculis celebratam. Sub finem m. Augusti, postquam plures alias adhuc alpes transiens immensa silvarum aequora pervolavi, duos dies duasque noctes in his desertis silvaticis aviisque erravi, domum per pagum *Sianki* (ubi flum. San scaturit) et per oppidula *Turka et Borynia* reversus sum.

Feriis anni 1854. visitabam a medio m. Julio u. ad medium m. Aug. prata circa *Stebnik*, fageta in *Truskawiec et Urycz*, querceta mixtaque betuleta inter pagos *Łukawica et Lisowice*, fageta in *Rozhurcze et Bubniszcze*, herbosa ante *Korczyn*, inferiores regiones fagetorum in *Kruszelnica*, aprica herbosa fagetorum ante *Podhorodce*. Ultimum hunc pagum praecipue meritissimi nostri Zoologi Constantini de Pietruski salutandi causa adieram. Ultimis m. Julii diebus me contuli in singulos dies, comitante primario nostro Botanico oculatissimo D. Hyacintho de Łobarzewski, ad *alpes Zelemin et Paraszka*, quarum prior ultra opp. *Skole*, posterior ultra pagos *Kruszelnica et Korczyn* eminet. Per duas ultimas feriarum hebdomades continuo proficiscebar percurrebamque legendo hortos oppidulorum *Bolechow, Dolina, Stryj*, querceta ad *Kałusz*, quercetum et Quercu intermixtam silvam Abietis pectinatae circa *Podhorki*, betuletum ante *Bednarów*, juvenca fageta mixta inter *Bednarów et Halicz*, hortos *Stanislaopoli*, uliginosa cir-

---

[8]) *Cacumina et terga montium supra terminum silvarum eminentia pascendisque ovibus et cornutis inservientia in Halicia orientali ruthenice „Połonyny" vocitantur.*



http://rcin.org.pl

ca *Tyśmienica*, qu reeta circa *Tyśmieniczany et Fitkow*, silvas frond. et Abietis pect. circa *Sołotwina et Naduorna*.

Feriis anni 1855. adii pagum *Czarna*, in amoenissimis convallibus Beskidorum Sanocensium situm, ubi pluries sub finem Julii in adjacentia pago prata, pineta et silvatica Abietis pectinatae excurrebam.

Feriis anni 1856. prospera mihi fuit occasio in totum annum Vindobonam ad determinandas collectiones proficiscendi. Sub hoc itinere inspicere non deeram plerasque localitates juxta viam stratam inter oppida *Sambor*, *Przemysl et Dembica* jacentes. Cracoviae bis aliquot dies me detinui.[9]

Jnitio feriarum anni 1858. iterata vice in pagum *Wołcze* peregrinabar et perquisivi ibidem semel atque iterum convallium prata *Łuh*, *Kaminka* et *Zahariskie pole*, porro montium declivia haud depasta. Die 24. m. Julii denuo ad montem *Magóra* enixus sum, postridie vero evasi in silvigeram Beskidorum orientalium plagam alpestrem circa pagum *Husne wyższe* et conscendi ibidem coelo sereno d. 26. m. Julii ad fontes fluminis Latureza in Hungariae confinio elatum fagetisque cinctum montem *Huśla* ejusque alpem *Pikuj*. Incunte Augusto e pago Wołcze discessi pagumque *Modrycz* pétii, ubi per duas hebdomades pagi ambitum imprimis vero quercetum *Parna vel Tepluch*, tum mixta silvatica frond. *Skrzynny potok et Dąbrowa* saepius lustrabam. Dimidio m. Aug. perambulavi oppidulum *Bolechow*, fageta in *Rozhurcze Bubniszcze*, *Synowucko*, et deverti denique ad pagum *Dobrowlany* ubi triduo jam supra nominatas localitates pervestigabam

Sub finem m. Augusti a. 1858. sedem transtuli *Leopolim*. Ibi singulis fere diebus a m. Martio usque ad m. Nov. excurrens perquirebam urbis hortos, sabuleta, florida vervacta, varia prata, tum omnia silvatica frond. *inter Leopolim*, *Krzywczyce*, *Winniki et monticulum Czartowska skała in Lisienice*, sabuleta, pratula farraginemque silvaticorum et frutectosorum in *Hołosko*, quercetum in *Bednarowka*, betuletum in *Zubrze*. Ad hoc pluries ditionem oppiduli *Janów* petebam, ubi sterilia sabuleta sicca, pinetum *Romanówka*, quercetum *Pod Romanówką*, collina *Próchnik*, *Pod Próchnikiem et Szyp*, pratumque udum *Maxymówka*, summatim per 10 dies sedulo disquisiveram.

Initio denique feriarum anni 1860. fuit mihi longe exoptata occasio insignes *Pokutiae montes Carpathicos*, speciatim vero alpinum, meridiem versus ultra pagum *Żabie* (*Iłcia*) elatum tractum *Czornahora* invisendi.

---

9) *Paucorum lepidopterorum divulgatorum, hac occasione conquisitorum, in hoc opusculo mentionem non facio, quia me Halicia orientali contineo. Disquirendis Cracoviae lepidopteris D. Theophilus Żebrawski vacat. Lectores igitur lepidopterologicam Cracoviae faunam cognoscere cupientes, inspiciant ejusdem D. Żebrawski opusculum quod „Owady łuskoskrzydłe czyli motylowate z okolic Krakowa, Cracoviae 1860" inscribitur nuperrimeque in lucem est editum.*

http://rcin.org.pl

Quum vero propter continuas tempestates pluvias inopportunum ad talem excursionem tempus elegissem, in disquisitione cuncti tractus *Czornahora* impeditabar. In pago *Iłcia* (*Żabie*) per 14 dies otio languens et vix aliquoties in proxima convallium prata exiens consilium demum cepi, ne irrito incepto domum reverterem, saltem in occidentalem tractus *Czornahora* postremitatem excurrendi. Ingresso itaque itinere transibam coelo obnubilo die 7. m. Augusti abietineta (Abies excelsa) et alpes montis *Kostrzyca*, ad flumen Iłcia assurgentis, et progressus sum usque ad radices ipsius tergi Czornahora, ubi in pastoris tugurio pernoctavi. Postridie enixus sum, dum lucescebat, in summitates, sed solum alpes *Pohane misce*, *Szpyci et* H*owerła*, ibidem emetiri potueram, quum immani mox post meridiem subito coorta procella, quam nix, grando, fulgura atque tonitrua comitabantur, fugae se comittere coactus fuissem. Quum demum biduo praeterlapso nulla spes serenioris coeli adesset, ad pagum Iłcia (Żabie) redii domumque iter institui. In longinquo itinere pagum Żabie versus (die 16—23 m. Julii) nec non inter reditum (d. 15—20 m. Augusti), cursum per oppida Stryj et Sambor ad Leopolim dirigens, tetigi legendo pleraque loca devia et juxta viam sita, scilicet: hortos in *Kurowice*, fagetum ante P*rzemyślany*, septa hortorum in *Rohatyn*, sepulcretum in *Bursztyn*, monticulum herbosum, ruinis arcis principum quondam Haliciensium coronatum, in oppidulo *Halicz*, quercetum trans oppidulum, septa *Stanislaopoli*, quercetum betuletumque procul ante *Ottynija*, hortos in *Kołomyja*, floralia et sepimina in P*eczeniżyn* (ubi triduum commorabar), convallium herbosa et fruticosa circa *Jabłonów*, *Młodiatyn*, *Kossow*, *Kuty*, *Biłoberezka*, *Jasienów*, *Żabie*, porro jam supra nominata loca *Bednarów*, P*odorki*, *Kałusz Dolina Bolechów*, *Stryj*, *Drohobycz*, *Bronica*, R*adłowice*, *Sambor*, [10]) *Baczyńska góra*, *Strzelbice*, *Lubień*, *Zimnawoda*.

Ex supra allatis cognosci potest, me haud paucas Haliciae orientalis ditiones peragrasse, quarum multae, ut insimul addam, aliam maris elevationem, quaemadmodum aliud clima aliud solum aliasque plantas, ita etiam certa sua et determinata animalcula proferunt. Praeter ditiones Samboriensem vero et Leopolitanam, ad unguem fere exquisitas, paucas tantum localitates alias adcuratius diutiusque perscrutaveram. Quum ceteroquin magnam Haliciae partem inspiciendi hactenus negata mihi fuerit occasio per se intelligitur, multa adhuc ad meae Enumerationis integritatem lepidopterorumque mihi cognitorum geographicam distributionem, penuriam, frequentiam, raritatem aliaque phaenomena cum his cohaerentia desiderari.

---

10) *Die 18. m. Augusti vidi hic circa vesperam urbem praetervolantes myriades individuorum Acridii migratorii quod hoc anno multas Haliciae regiones penitus devastavit.*

http://rcin.org.pl

# Index

## localitatum perlustratarum cum explicatione abbreviationum in Enumeratione adhibitarum.

**B.=Bednarówka**. Vicus in campestribus 1000 circiter p. v. elatis, quae a *Leopoli* meridiem versus porriguntur. Datur hic parvum quercetum, cui adjacent frond. frutecta floridum pratulum continentia. Reliqua regio cultissima usque ad conterminum pagum *Zubrza* ejusque silvatica.

**Bednarów**. Pagus in monticuloso-collina ditione 1100 circiter p. v. elata, quae pone opp. *Halicz* incipit, oppida *Kałusz et Stanisławów* praetergreditur et protinus meridiem versus in Carpathica promontoria excurrit. In collinis inter Bednarów et Halicz praevalent fageta, in illis vero pagum Podhorki versus datur betuletum. In vallicalis prata frequentia, secus regio cultissima, quamquam solum est sterilius et clima frigidius, quam in planitiebus circa opp. *Stanisławów.*

**Berehiwskie połonyny:** series alpium in Carpathis Sanocensibus. Vide Rabka Berehiwska.

**B. g.=Baczyńska góra:** culminans monticulus Carpath. promontoriorum in finibus planitiei Samboriensis pone pagum Smolnica ad sinistram flum. Dniester ripam imminentium. Tergum hujus monticuli juniperetis Alnique incanae virguletis convestitum; solum lapidosum, sterile, vegetationis pauperum. Altitudo circiter 1500 p. v. In meridionali prolongatione eorundem promontoriorum latent in convallibus loca: *Staremiasto, Spas, Strzelbice, Starasol, Ławrów.*

**Biłoberezka.** Pagus intra Kolomyenses Carpathos in fluminis Czeremosz perangusta convalle intermontana, quae exinde longitudine aliquot milliarium intra altos montes porrigitur usque ad pagum Żabie. Montium latera lapidosa, sterilia, promiscue Abiete excelsa et Betula alba obtecta. Indigenae victitant e caseo ovillo Zeaque mayde, ex Bucovina importata. Arbores pomiferae satis prospere succedunt. Vide Żabie.

---

*Perlustratarum localitatum maris elevationem sumsi ex mappis geographicis DD. Kummersberg et Raffelsberger, ex charta geognostica D. Lipoldi, tum ex DD. Kreilii et Fritschii vel ipsius D. Kreilii opusculis, quae inscribuntur: Magnetische und geographische Ortsbestimmungen im österreichischen Kaiserstaate, Prag 1850 dritter Jahrgang 1848. et Prag 1851. vierter Jahrgang 1850. Etiam D. Łobarzewski, a quo in elaboranda perlustrati territorii adumbratione libentissime adjuvabar, aliquot montium terminorumque silvarum altitudines, quas ipse mensus est, mecum amicissime communicavit. Brevitatis gratia significo Auctores commemoratos literis: Kbg., Raff., Lip., KF., Kr., Łob. Ubi vero ego ipse deficientibus mensuris verisimilem alicujus loci indicavero altitudinem, cum altitudinibus cognitis comparatam, hoc benevoli Lectores ex addito verbo circiter cognoscent. DD. Kreil et Fritsch afferunt altitudinem in Gallica mensura „Toise“ (= 1,027639873 hexapedas Vindobonenses), D. Kummersberg cum reliquis in hexapedis Vindobonensibus. Aequabilitatis gratia utramque mensuram pedibus Vindobonensibus reddidi.*

*Sub designatione* „montosa“ *illas comprehendo regiones quarum montes in cacumina usque silvis sunt convestiti; regiones vero* „alpestres“ *illas voco, quarum montes superiorem silvarum terminum excedunt pratisque* „subalpinis“ *in tergo sunt constrati; pro* „alpinis“ *denique illas habeo regiones, quarum montes ultra Pinum Mughum efferuntur alpinamque edunt floram.*

http://rcin.org.pl

**Bł.=Błażowszczyzna:** floridum pratum siccum ad dextram flum. Dniester ripam. Vide *Radłowice górne.*

**Bolechów.** Oppidum salinaeque ad flumen Brzaska. Situm est in finibus planitiei, quae ab urbe septemtrionem versus usque ad eum locum porrigitur, quo flumen Swica ad flumen Dniester profluit. In oppidi meridie assurgunt alta promontoria Fago et Abiete excelsa convestita, quibus interjecta est angusta convallis, ad montes juxta flumen Brzaska trans pagum *Bubniszcze* tendens.

**Borynia:** pagus in Carpathis Samboriensibus ad flumen Stryj. Circumcirca extolluntur humiliores montes, Abiete excelsa vestiti nullibique ad alpestrem altitudinem pervenientes. Agri potissimum avenacei.

**Br.=Brody.** A. Oppidum in Haliciae oriente aestivo pone Volhyniae fines in meditulio ampiae planitiei situm. Omnes hujus planitiei plagae, quae ab urbe occid. versus usque ad fl. Styr porriguntur, tum illae quae orientem versus per fines Rossicos usque ad Volhynense opp. Radziwiłów extenduntur, arenis volaticis sunt obtectae pinetisque amplis convestitae. Cuncta vero urbi meridiem versus adjacens ditio solo gaudet admodum fertili, quam ob rem tota fere, si exceperis aliquot lucos querceos ad pagum *Gaje starobrodzkie*, in cultam permutata est regionem. In ipsius oppidi ambitu solum est aridum et fluvioli paucas ducunt aquas; ditio autem flumini Styr et opp. Stanislawczyk propior sub tegimine pinetorum humore magis impletur continetque magna turfarum spatia, nam propter aequum superficiei situm aliquantulus est tantum aquarum in flumina delapsus. Eodem modo datur etiam pone urbem angusta linea paludum et aquarum, id est ea, quae septemtr. versus supra pagos Berlin et Boldury ad fl. Styr tendit et in qua unice salutantur pratula. Elevatio urbis: 709 p. v. (sec. Kr.), planitierum et pinetorum ab oriente 769, ab occid. pone laterariam (Pod Cegielnią) 834 p. v. (sec Kbgm.).

B. In urbis meridie elevatur in milliaris distantia series monticulorum transverse ab oriente ad occasum ex Volhynia ad Haliciae opp. Sasow et Złoczow tendentium. Cuncti hi monticuli ratione geognostica potissimum ex petra arenosa constant teguntur que silvis fagineis, quum tamen planities circum *Brody* margis cretaceis substratae, passim volaticis arenis diluvialibus (nullibi contiguum plantarum cespitem praebentibus) consitae pinetisque convestitae sunt. Media altitudo horum mont. numerum 1300 p. v. adaequat, quum ex. gr. mont nomine *Drańcza* (*Makutra*) 1114, dorso vero insidentia loca: monasterium *Podkamień* cum opp. ejusdem nominis 1396, pagus *Huciska* 1308, pagus *Boratyn* 1231, et pagus *Podhorce* 1255 p. v. (sec. Kbgm.) elevantur.

**Bronica.** Pagus in ditione collina magnam per partem culta. In pagi vicinitate obvenit silvula betulinea. Vide Drohobycz.

**Brylików.** Pagus in Sanocensium Carpathorum montosis.

**Brż. vel Bcc.=Brżuchowice.** Pagus in Leopolis septemtrione. Situs in monticulosa ditione, quae solum habet sabulosum, in depressis repletur uliginosis, ceterum meris convestitur pinetis, quae hinc inde tantum agnoscunt nemora frondosa. Vide Leopolim F.

**Brzezina.** Sic vocatur opere plantatus lucus betulineus inter Brody et Koniuszków, retinendis arenis volaticis inserviens.

**Bubniszcze.** Vide Łukawica. B.

**Bursztyn.** Oppidum ad flumen Lipa gnila. Situm est in planitie ex hinc ad opp. Halicz tendente. Ambitus oppidi Bursztyn continetur collinis ditionibus, quae admodum fecundae sunt et cultae, quercetisve et coryletis convestitae. Juxta flumen Lipa virent prata uda. Tumulorum gypseorum ubivis haud parva copia. Elevatio oppidi: 734 p. v. (sec. Kbgm)



http://rcin.org.pl

**c. Liś. = caupona Lisienicensis.** Intra monticulos fagetis obtectos quibus utrimque continetur vallicula inter Leopolim et Winniki extensa, imminet haud procul a Leopoli tamquam separatus tumulus lateralis, in cujus limite collocata est caupona ad pagum Lisienice pertinens (Lisienicki browar). Tumulus hic, olim querceto convestitus, obtegitur nunc per excisa collucatave loca Pop. tremulae fruticetis, coryletis, pumilescentibusque Fagis et Quercubus; tergum ejus vero et declivia superbiunt praecipue locis apertis pulcherrimo tegili florido. Ad radices denique florent in supra dicta vallicula prata humida. Ad indicandam hanc localitatem, quae speciali nomine vacat, in Enumeratione usus sum designatione „*pone cauponam Lisienicensem*".

**Cz. vel Czp. = Czaple.** In occidente oppidi Sambor elevatur pone vicum *Dąbrówka* silvigera ditiuncula monticuloso-collina, quae ad oppidulum *Staremiasto* salinasque *Starasól* tendit ibidemque in Carpathica excurrit promontoria. Trans hanc ditionem porriguntur juxta flumen Strwiąż ampli campi sicci, quibus pagus *Czaple* cum pluribus aliis insidet. Collina ad vicum Dąbrówka virguletis juniperinis et pineis, illa vero pagum Czaple petentia silvis fagineis convestita sunt; in cuncta demum parte media, quae vocatur *Pawłówka*, alternant densa frutecta mixta cum silvulis praevalenter querceis, betulineis et piceis. Pratula sub — et intersilvatica ubivis haud rara, et quidem sicca in collinorum declivibus, humescentia autem in valliculis.

**Czarna:** pagus in amoenissimis Sanocensium Beskidorum convallibus. Montes circumjacentes et remotiores (vide *Wołcze*, *Łomna*) nullibi ad alpestrem efferuntur altitudinem vestiunturque hic silvis Abietis pectinatae vel Pini silvestris. In vallibus virent frequentia prata uda. Agri plerumque avenacei.

**Czerniechów:** vicus ad marginem illorum campestrium, quae planitiem Samboriensem a septemtrione limitant. Silvae nullae. Prata uda; hinc inde florida, alibi caricina. Ad flumen Strwiąż salicta. Vide *Sambor.*

**Czornahora** (vel Mons niger in idiomate latino). Sic vocatur alpinus tractus Carpathicus in Halicia orientali altissimus, ceterum altitudine aequalibus solum in Tatris et Transsylvaniae Carpathis gaudens. Amplectitur hic tractus fluminibus Tibisco alba et Prutha in ejus dorso scaturientibus, extolliturque meridiem versus trans pagum *Żabie* et adjacentem ei vicum *Ilcia* in ipso Haliciae et Hungariae confinio haud procul a Bucovinae et Transsylvaniae finibus. Per longitudinem porrigitur tractus *Czornahora* inter occasum aestivum et orientem hibernum 3 milliaria Austriaca, per transversum autem ubivis circiter milliare, exhibetque montosa, quorum latus alterum in Haliciam, alterum vero in Hungariam delabitur. Utrumque latus silvigerum praevalenter Abiete excelsa vestitur, altitudo vero cuncti tractus ad superiorem silvarum terminum in tota sua extensione assurgentis circiter 4500 p. v. efficit. Tergum ipsum obsidetur serie altorum tumulorum, qui cuncti silvarum terminum longe superant opulentaque flora alpina superbiunt. Ex ambis altissimis tumulis in cunctam regionem dominantibus, alter ad Bucovinam vergens et 6852 p. v. (sec. Raff.) altus *Pöp Iwan*, alter in occid. extremitate eminens et 6488 p. v. sec. Kummersbergum, 6200 p. v. autem sec. Lipoldium altus *Howerła* vocatur; omnia reliqua cacumina interjacentia (ex. gr. *Szpyci*, *Rebra*, *Pohane misce*) altitudinem 5000 p. v. certe excedunt. Scopulorum in his summitatibus ubivis parva invenitur copia; hinc inde latent minuti lacusculi alpestres lucentve parvi stratus nivis stabilis. Inferiores omnium alpium partes undique Pino Mugho in latere Haliciano cinguntur*),

---

*) *Singuli frutices reptantes in cacumina usque ascendunt. Latera vero Hungarica Mughum non agnoscunt.*

http://rcin.org.pl

praebentque densos caespites Airae caespitosae *L*. Frequenter offenduntur porro ubique locorum etiam vastiores vel interrupti passus Rhododendri ferruginei L. Alnique viridis *DC*.(haec ad torrentium ripas); summa vero fastigia Junco trifido *L*.spisse convestita sunt, unde ferrugineo e longinquo rubescunt colore. In occidentalibus alpibus *Howerla*, *Szpyci et Pohane Misce* (haec ultima continuis fere nebulis velatur), quas die 8. m. Augusti festinanter et quasi carpendo emensus sum, collegi ratione botanica in summis rupibus: Doronicum Clusii *Koch*, Aconitum napellus *L*., Cerastium alpinum *L*., Linum alpinum *Jacq*., Primula minima *L*., Rhodiola rosea *L*., Saxifraga aizoon *Jacq*., Sedum atratum *L*., Valeriana tripteris *L*.,—ad nives deliquescentes sub fastigiis: Pedicularis foliosa *L* et verticillata *L*., Primula elatior *Jacq*.. Trollius europaeus *L*.—per declivia et cacumina: Geum montanum *L*., Anemone alpina *L*., Hieracium aurantiacum *L*. et alpinum L., Phleum alpinum *L*., Campanula alpina *Jacq*., Campanula linifolia Scheuchzer, Scorzonera rosea *W. et Kit*. Carlina acaulis *L*, Vaccinium vitis idaea et myrt., Juniperus nana *Willd*., Luzula cuprina *Rochel*, porro Cetraria islandica, Lycopodium sellago, Potentilla aurea *L*., Polygonum bistorta *Tourn*., Parnassia palustris *L*., etc. — ad tugurium pastoris in cohorte pecuaria sub alpium radicibus: Rumex alpinus *L*., Senecio cordatus *Koch*, Chrysanth. rotundif. et leucanthemum *L*,. Geranium palustre *L*., Cirsium heterophyllum *DC*., Epilob. angustifolium *DC*., Lilium mortagon *L*., Pulmonaria mollis *Wolff*,, Origanum vulgare *L*. etc. — Quoad alia montosa hujus regionis inspiciant Lectores articulos *Żabie et Kostrzyca*.

**Cz. sk. vel Czart. Skała = Czartowska Skała**. Ad finem silvigerorum monticulorum, qui porriguntur inter Leopolim et Winniki, eminet in pago Lisienice monticulus satis prolongatus, qui vocatur Czartowska skała et 1304 p. v. (sec. Kbgm.) est altus. Radices ejus cinguntur fagetis, hinc inde Quercubus intermixtis, monticulus ipse vero convestitur cunctus fere Populi tremulae variisque aliis fruticetis, quibus ampliora pratula florida apertave loca herbosa sunt interjecta. Exstant porro ex monticuli dorso passim et arenosa saxula, in quibus sec. D. Łobarzewski degunt: Jungermannia platyphylla, Anomodon viticulosum, Leskea longifolia, Hypnum alopecurum, Timmia megalopolitana.

Pagus *Lisienice* situs est in planitie, juxta pedem supra nominatorum monticulorum porrecta pratisque humidis patentibus atque agris cultis concisa. Vide secus *Leopolim* E.

**D. = Dobrowlany**: pagus in septemtrionali termino collinae ditionis, infra sub nomine *Drohobycz* accuratius descriptae. Agri culti; prata paucissima in depressis humidiusculis. Sub ipso pago incipiunt ampli sterilesque campi humescentes, qui inde septemtrionem versus usque ad planitiem juxta flumen Dniester(vide *Sambor*)protrahuntur. Colles ad opp. Drohobycz vergentes convestiti sunt majore silva ex Carpino, Pop. tremula, Betula, Salice caprea, Alno glutinosa et Quercu commixta; aprici colliculi herbosi marginibus silvae adjacentes proferunt frutecta Coryli, Quercus, Carpini, Salicis capreae et Rhamni frangulae; juxta pedem vero horum collinorum viret pratum udum patens. Cuncta haec localitas ab indigenis *Między katem i biała droga* vocatur adjacetque agris vici *Rakowiec*, ubi datur in collinis silva quercea *Łuh* udumque pratum depressum *Stawki w łuhu*, eodem querceto circumcinctum.

**Da. = Dabrowa:** locale nomen mixtae silvae ad pagum Tustanowice. Vide *Modrycz*.

**Dolina:** oppidum (salinae) ad pedem Stryensium promontoriorum Carpathicorum. Situm media in ditiuncula collina, cujus solum est macrum et infecundum. Oppidum elevatur 1150 p. v. (sec. KF. et Kr.).

**Drańcza vel Makutra:** In limite silvigerorum monticulorum, qui juxta pagos *Podhorce, Boratyn et Huciska* Volhyniam versus tendunt,

http://rcin.org.pl

assurgit inter oppida *Brody et Podkamień* monticulus tumulosus planitiei Brodensi imminens, silvis carens, 1114 p.v.(sec. Kbgm.) altus qui Dráńcza vel Makutra vocitatur magnopereque est singularis. Circumcirca enim diffunduntur culta, ad radices parciter crescunt diversi fruticuli frondosi, declivia vero cum tergo tantam copiam plantarum ex heterogeneis familiis proferunt, ut monticulus totus, si cunctam vegetationis inopem plagam circumjacentem respicimus, naturalis hortus botanicus esse videatur. Ex insignioribus plantarum speciebus a D. Łobarzewskio hic collectis, quarum multae in innumeris procrescant individuis, laudanda sunt: Asperula tinctoria *L.*, Asperula galioides *MB*, Anchusa Barelieri *Besser*, Ajuga chamaepitis *Schreb.*, Adonis vernalis *L.*, Alyssum montanum *L.*, Anemone pulsatilla *L.*, Aster amellus *L.*, Cytisus austriacus *L.*, Centaurea mollis *WK*, Daphne eneorum *L.*, Euphorbia Gerardiana *Jacq.*, Echium rubrum *Jacq.*, Gypsophila fastigiata *L.*, Hypericum elegans *Steph.*, Jurinea mollis *Rchb.*, Trinia vulgaris *DC.*, Thalictrum minus *L.*, Trifolium rubens *L.*, Teucrium montanum *L.*, Veronica prostrata *L.*, Veronica dentata *Schmidt*, Veratrum nigrum *L.* etc. Laudare hic liceat etiam Drabam nemoralem *Erhard*, quae per sabuleta circa Brody magnis copiis invenitur, tum Vincam herbaceam *W. et K.*, quae viget in querceo luco ad Gaje starobrodzkie. Vide secus articulum *Brody*.

**Drohobycz:** Ad dextram fluminis Dniester ripam elevatur in oppidi Sambor oriente humilis tractus monticuloso-collinus, qui orientem hibernum versus trans oppidulum *Drohobycz* porrigitur et pro extremis Carpathicorum promontoriorum prolongationibus haberi potest.

Meridiem versus tendit haec ditio, quam *Drohobycensem* nominare lubet, usque ad pagos Mokszany et Czerchawa, finiturque ibidem tota longitudine primis Carpathorum molibus exstructis, quae in puncto culminante supra *Urycz* 2958, in monte *Bystra* supra pagum *Kropiwnik* 2636, et in monte *Magóra* supra pagum *Podburz* 2309 p. v. (sec. Kbgm.) extolluntur. Orientem hibernum versus extenditur ditio Drohobycensis 4 circiter milliaria juxta regionis mont. pedem usque ad illas planities, quae circa oppidum Stryj et flumen ejusdem nominis late patent; fines orientales praebet linea per pagos Kłodnica et Kawsko ducta, fines septemtrionales vero planities in articulo sub nomine *Sambor* descripta.

In cuncta ditione Drohobycensi, plura milliaria quadratica amplectente, nullus deprehenditur clivus, qui ceteros altitudine magnopere superaret; nusquam etiam iuveniuntur ampliores planities interpositae vallesve profundius projectae. Universam elevationem, quae insimul media totius fuerit plagae, deficientibus mensuris indicare non possum; certum autem est, omnes monticulos collesve aliquot centenos pedes supra planitiem Samboriensem, 985 p. v. (sec. KF. et Kr.) elatam elevari.

Constituitur porro haec ditio ratione geognostica formationibus saliferis arenosae petrae Carpathicae (Karpathensandstein); superficies vero obtegitur solo fecundo admodumque culto. Quoad silvas praevalent hic praecipue querceta, cum betuletis alternantia. Si vicinos demum montes in meridie elatos respicimus, est ditio Drohobycensis callida ac mitis, sicca autem ad planitiem Samboriensem comparata, quae est humida passimve paludosa. Pandunt denique in descripta ditione Drohobycense plura loca a me perlustrata et in Enumeratione saepius memorata; scilicet: *Radłowice górne* (cum localitatibus *Błażowszczyzna*, *Moczar*, *Lwowiec Pod Lwowcem*, *Wychylówka*), *Uherce*, *Szady*, *Ozimina*, *Bronica*, *Nowoszyce*, *Rakowiec* (cum localitatibus *Łuh et Stawki w łuhu*), *Dobrowlany* (cum localitate *Między kątem i białą drogą*), *Rolow*, *Drohobycz*, *Stebnik*, *Truskawiec*, *Modrycz* (cum localitatibus *Tepluch*, *Parna*, *Skrzynny potok*, *Dąbrowa*,), *Stupnica* (cum localitatibus *Jedlina*, *Zapust*, *Sabaryna Woznyczne*, *Pod Woznycznem*).

**Dwernik:** pagus ad flumen San in Carpathis Sanocensibus. Circumjacentes montes fagetis obtecti. Quoad ampliorem descriptionem re-

http://rcin.org.pl

gionis ad scaturigines fluminis San inspiciant lectores articulum sub nomine *Rabka Berehiwska*.

**F. J. = Franz-Josephsberg.** Vide Wysoki zamek.

**G. zj. = Góra zjawienia.** Sic vocatur certa localitas intra monticulos pagi *Hołosko*, ubi eminent petrae arenosae saxula, ex quibus scaturit aqua salubris, defatigato collectori exoptata suavissimoque sapore. Circumcirca virent fageta.

**H. = Hołosko.** Vide in articulo „Leopolis" literam F.

**Halicz:** oppidulum antiquissimum ad dextram fluminis Dniester ripam in minutula planitie situm. In opp. septemtrione extenditur amplior planities fecunda, juxta flumen Lipa opp. *Bursztyn* petens; meridiem autem versus elevatur monticulosa ditio, quae ex hinc meridiem versus protrahitur per loca *Kałusz*, *Bednarów* et juxta flumen *Bystrzyca* usque ad promontoria Carpathica. In herboso silvarumque vacuo monticulo, qui ad ipsum opp. extollitur, exstant ex fastigio ruinae arcis quondam principum Haliciensium; in monticulis paullo remotioribus obvenit querceluni.

**Hel. = Helowszczyzna:** sterilis arenae tumulus intra monticulos silvasque pagi *Hołosko*.

**Howerla:** altissima alpes in occidentali parte alpini tractus *Czornahora*.

**Huśla**: nomen Samboriensis montis Carpathici in occidente supra Hungaricum opp. Verecko et in meridie supra Halicienses pagos *Husne wyższe et niższe* imminentis. Assurgit vero mons Huśla in separato scaturiginibusque fluminum *Stryj et Laturcza* amplexo tractu alpestri, qui circa Verecko incipit exindeque 4 circiter milliaria juxta Hungariae confinium porrigitur usque ad balineum acidum Uszok, item Hungarico adhaerens lateri. Tam Hungarica quam Haliciana cuncti hujus tractus latera immensis fagetis primaevis sunt convestita; cunctum vero tergum ubivis fere eadem altitudine supra terminum silvarum extollitur exhibetque in toto decursu continuas alpes pascendis ovibus cornutisque inservientes. Superior terminus fagetorum, quibus septemtr. declivia Haliciensia teguntur, decurrit secundum D. Łobarzewskii mensuras altitudine 3550 p. v. Pinus Mughus nullibi conspicitur.

In illa nostri tractus extremitate, quae vergit ad opp. Verecko, insidet tergo in modum humilis metae undique conspicuus tumulus, qui vocatur *Pikuj* et cujus secundum D. Łobarzewski est altitudo 4190 p.v. Culmen ejus ruprestre est, declivia herbosa passimve saxosa. Quum ceterum alpes *Pikuj* gregibus quotannis depascatur plantarum magnopere est inops. Die 26. m. Julii, quo hanc alpem conscendi, florebant disperse per declivia Dianthus barbatus *L* et Scorzonera rosea *W. et Kit.*, tum Saxifraga aizoon *Jacq.* in compactis pulvinulis in summi cacuminis rupibus, quas sec. D. Łobarzewski incolunt etiam: Umbilicaria deusta, Parmelia ventosa, Leptohymenium elajochloron. Majores denique passus occupant cespites Vacc. vitis ideae.

In septemtr. parte Haliciana ejusdem tractus expanduntur ad ipsos radices pagi *Husne wyższe et niższe*, quorum agri praeter Avenam nihil aliud proferunt. Ipsa Avena interdum non maturescit, sed viridis adhuc primis diebus m. Octobris quando brumae hic incipiunt, nive superstruitur. Arbores pomiferae male procedunt et indigenae tantum Avena, lacte et caseo aluntur. In regione silvatica deprehenduntur frequentia prata montana, quae foeno demetuntur; Senecionis nemorensis *L.* ubivis magnae copiae.

**H. w. = Husne wyższe.** Vide Huśla.

**J. = Janow.** A monticulo *Kortumowa góra*, qui Leopoli ab occidente imminet, porriguntur campestria, occid. versus usque ad ipsum fere flumen San tendentia. Cuncta haec plaga circiter 1000 p. v. in universum



http://rcin.org.pl

elata, est ubivis aperta et plana obsideturque hinc inde tantum longioribus humilibusque collinis, acsi levibus tumeret superficies undis.

Tali regione campestri-collina *Leopoli* vehentes cursumque ad occasum aestivum dirigentes oppidulum *Janow* perveniunt. Prae ceteris, quae sub oculos hic cadunt, conspicuum est amplum stagnum, 977 p. v. (*sec. Kbgm.*) elatum. Orientalis hujus stagni ripa vestita est simul cum adjacente ditione amplis pinetis; juxta septemtrionales vero fines patescunt paludes et cariceta quae a viculo *Stawki* usque ad pagum *Lelechówka* diffunduntur. A meridionali denique ripa, in qua jacet opp. *Janow* porriguntur pagum *Lelechówka* versus sabuleta humilesque colles sabulosi calce substrata, circiter 130 p. v. supra stagnum elati, oppidulo propius culti, remotius vero denudati pinetisve amplissimis (excepta una silvula quercea) undique convestiti. (In hac ultima plaga, insectorum omnium ordinum ditissima, sitae sunt plures in Enumeratione saepius citatae localitales, scilicet: *Próchnik*, *Pod Próchnikiem*, *Szyp*, *Romanówka*, *Pod Romanówka*, *Maxymowka*.)

Circa viculum *Stawki*, insigni chloride superbientem, elevantur item calcarea collina, quae occid. versus prolongantur, 1250 circiter p. v. sunt alta omninoque fagineis teguntur silvis, in cuncta ditione Janoviensi solum hic obvenientibus. In occasu hiberno item silvigera collina reperiuntur, quorum puncto culminanti *Fedorówka* est altitudo 1193 p. v. (sec. Kbgm.). Singularis igitur Janoviensis ditionis proprietas est, quod amplissima in ea dominantur pineta et paludosa, quum tamen cuncta collina calcarea omniaque sabuleta sunt vulgo perarida. Praesentia ampli stagni, paludum et pratorum aquosorum imprimit climati immodico humore et inde creatis aurae nebulis peculiarem characterem, quo via ulla alia, quantum expertum habeo, Haliciae orientalis ditio insignitur.

**Jabłonów**: oppidulum in margine Carpathorum Kolomyensium, in convalle ad flumen Łuczka situm. In septemtr. et meridie extolluntur alti quidem, sed nullibi ad alpestrem altitudinem pervenientes montes. Vestimentum eorum exhibent fageta: in humilioribus vero declivibus circumjacentibus procreantur luci betulinei.

**Jasienów**: pagus ad flumen Czeremosz in Carpathis Kołomyensibus. Adjacentes montes saxosi convestiti sunt aut puris abietinetis, aut fruticosis Alni incanae, Abiete excelsa intermixtis. Vide secus *Żabie*

**Jed.** = **Jedlina**: mera Abietis pectinatae silva in pago *Stupnica*, cui adjacent ampla coryleta (*Sabaryna*) et mixta silvula faginea (*Zapust*).

**Ilcia**: vicus ad pagum *Żabie* pertinens. Situs est in convalle, quae extenditur ad septemtrionalia montis *Kostrzyca* declivia et per quam labitur fluvius *Ilcia*, in propinquo ad flumen Czeremosz profluens. Vide secus *Żabie*, *Kostrzyca*, *Czornahora*.

**K.** = **Krzywczyce**: pagus Leopoli confinis. Annititur partim ad silvigeros monticulos inter Leopolim et Winniki elatos, partim vero ad planitiem, ad radices eorundem mont. juxta pagos Zniesienie, Lisienice et Biłka porrectam. Quoad silvas dominantur hic fageta, hinc inde Quercubus intermixta; ad ipsam vero Leopolim crescunt pone telonium suburbii Łyczaków silvula carpinea, et post hanc silvula betulinea, florido pratulo marginata, cui adjacet porro mixtus lucus, aliud pratulum continens. Ad hanc ultimam localitatem referuntur in Enumeratione adhibitae designationes: „*in luco vel pratulo ad betuletum Krzywczyce.*"

**Ka.** vel **Kal.** = **Kalinow**: pagus in planitie *Samboriense*. Ambitus ejus silvarum omino expers; ad flum. Dniester saliceta. Partem incultam occupant ampla prata subhumida, per omnem aestatem pulcherrimo stragulo florido condecorata. Infinito prope numero procreantur hic ex. gr. Fritillaria meleagris *L.*, Trollius europaeus *L.*, Iris sibirica *L.*, Polygonum bistorta *Tourn.*, Leucojum vernum *L.*, Colchicum autumnale *L.* etc. Versus pagum Koniuszki diffunduntur jam vastissima cariceta, hinc

http://rcin.org.pl

inde stratubus Lychnidis floris cuculi, Ranunculi acris, Pedicularis palustris et Equiseti palustris concisa. Versus opp. *Sambor* autem patescunt culta, prata et pascua.

**Kałusz:** oppidulum ad flumen Łomnica in ditione collina situm et 911 p. v. (*sec. Kr.*) elatum. Collina septemtr. convestita sunt quercetis; in meridie vero extenditur ampla fertilisque planities culta, juxta Carpathorum pedem ad opp. Rożniatow tendens.

**Kam. = Kaminka;** pratum in convallibus montosorum Samboriensium. Vide *Wołcze.*

**Kki. = Koniuszki**; Pagus ad flum. Strwiąż in limine campestrium, planitiem *Samboriensem* terminantium. Circumjacentia campestria omnino sunt culta, exceptis quercetis, alnetis et salictis, quae ad ipsos pagos *Koniuszki et Chłopczyce* inveniuntur. Trans dextram vero flum. Strwiąż ripam patescunt ampla solisque caricetis obtecta prata palustria, quae quotannis fere tempore verno, frequentius etiam tempore autumnali, dum nempe in Carpathis nives brumales repente deliquescunt vel pluviosae incipiunt tempestates, aquis fluminum Strwiąż et Dniester propter difficilem delapsum extra ripas diffluentibus inundantur et tunc magni lacus adspectum praebent.

**Kołomyja:** oppidum ad flumen Prut in ampla planitie, cujus solum est nigrum admodumque fertile. Septemtrionem versus adjacens ditio amplis quercetis impletur; trans flumen Prut assurgunt meridiem versus montes Carpathici. Oppidum elevatur 884 p. v. (*sec. KF. et Kr.*).

**Kor. = Korycina:** purum quercetum in monticulo pagi *Hołosko.* Per loca hujus querceti omnino excisa, quae vocantur *Zapole et Mostki*, luxuriantur nunc ampla frutecta quercea, coryletis, populetis, pumilescentibus Fagis, Pinis silvestribus et Abietibus excelsis permixta herbosisque pratulis concisa. In fine horum virguletorum porriguntur sterilia *Na Popowiczowem*, trans viam autem pagum *Brzuchowice* petentem, elevantur alii monticuli silvigeri, vulgo *Świńka* dicti.

**K. g. = Kortumowa góra:** Leopolitanus monticulus, 1179 p. v. (*sec. Kbgm.*) altus, omnino sterilis silvarumque expers, exceptis arbustis vicini horti *Kortum.*

**Kossow:** oppidulum in faucibus ad radices Carpathorum Kolomyensium pone flumen Rybnica situm. Meridiem versus extolluntur ad ipsum opp. alti montes praecipites silvisque carentes; septemtrionem autem versus porrigitur usque ad flum. Prut convallis fecunda ac mitis, praevalenter Zea mayde culta.

**Kostrzyca.** Sic vocatur tractus alpestris in meridie pagi *Żabie* pone sinistram fluminis Czeremosz czarny ripam et juxta fluvium Iłcia assurgens, 5003 p. v. (*sec. Kbgm.*) altus, circumcirca vastis abietinetis vestitus, in denudato vero dorso subalpinis pratis constratus. Ad septemtrionalium declivium radices porrigitur angusta convallis, in qua latet viculus *Iłcia* ad ejusdem nominis fluvium, quod non procul in flumen Czeremosz effunditur; meridiem autem versus trans montem Kostrzyca surgit juxta Hungariae confinium alpinus tractus *Czornahora.* Vide secus articulos *Żabie et Czornahora.*

**Kutty.** Oppidulum ad flumen Czeremosz in Carpathis Kolomyensibus. In opp. meridie elevantur montosa incipiuntque hic fauces intermontanae, juxta flumen Czeremosz et pagos *Biłoberezka, Jasienow* etc. usque ad pagum Żabie porrectae. Septemtrionem versus oritur ampla pratisque concisa planities, flumen Prut petens.

**L. = Leopolis.** A. Haliciae Metropolis. Urbs ipsa occulitur in convalle, 828 p. v. (*sec. Kr.*) elata; circumcirca vero elevantur monticuli aliquot centenos pedes altiores, quum ex. gr. occidentalis mont. *Kortumowa*

http://rcin.org.pl

*góra* 1179, orient. mont. *Wysoki zamek* (Löwenburg, Piaskowa góra) 1240, et remotior monticulus *Czartowska skała* in pago Lisienice 1304 p. v. (*sec. Kbgm.*) elevari dicitur. Ex his monticulis insigniuntur orientales solo arenoso apertisque sabuletis, unde etiam nomen eorum *Piaskowa góra* vel Mons arenosus; monticulis vero merid. et occid. propria sunt argillosa diluvialia, exceptis campestribus ad opp. *Janow* tendentibus, quae hinc inde item sunt arenosa.

B. Exeuntes urbe orientem versus, progredimur usque ad pagum *Winniki* angusta vallicula amoenissima, initio sabulosa partimque culta, tum virentibus pratis udis serieque parvorum stagnorum condecorata. Juxta hanc valliculam tendunt utrimque monticulosa silvis fagineis convestita, quibus nemora vel fruticosa betulinea et carpinea in pago *Krzywczyce*, quercea in pago *Lisienice* et picea ante pagum *Winniki* aggregantur. — Trans monticulos ad pagum *Winniki* acclives extenditur ampla planities admodum culta dispersisque pratis et quercetis insignita.

C. Leopoli porro ad plagam meridionalem exeuntes, salutamur ampla ditione campestri, Leopolis convallem elevatione satis excedente, quum ex. gr. altitudo conterminorum pagorum *Bednarówka et Zubrza* 1100 et pagi Sokolniki 1096 p. v. (*sec Kbgm.*) sit. Solum horum campestrium ubivis fertile est, unde etiam cuncta fere ditio cultissima et prata rara. Quoad silvas dantur regionatim querceta, rarius betuleta. Clima est frigidius quam Leopoli, quapropter silvae 2 fere hebdomades serius frondescunt, quam alibi circa Leopolim. Ulterius denique ad meridiem desinunt haec campestria in ditionem collinam fagetis convestitam pagosque Podciemno ac Derewacz continentem.

D. Trans clivosa demum occidentalia, ubi separantur duae viae stratae oppidula *Grodek et Janow* petentes, ingredimur similem priori ditionem campestrem superficie undulata insignitam Leopolisque convallem elevatione satis superantem, quum ex. gr. pagorum Rzęsna et Sknilow est altitudo 1008 et 1039 p. v. (sec. Kbgm.). In cuncta hac ditione, cujus clima item frigidius habetur, alternant cum fertilibus agris cultis ampla prata humida, aperta sabuleta, tum alneta, pineta, hinc inde etiam betuleta et querceta. Quoad extensionem horum campestrium, quae ratione geognostica magni sunt momenti, tantum observare hic liceat, ipsa multa milliaria a Leopoli prolongari cunctamque plagam inter loca: Janow, Grodek, Lubień, Rudki, Mikołajow, Rozdoł, Koniuszki, Felsztyn, Chyrów, Przemyśl et Mościska occupare.

E. In septemtrione denique aperitur convallis Leopolitana desinitque ibidem in amplas planities *Bełzkie pola* vocatas, quae juxta rivum Pełtew luxuriosis pratis humidis consternuntur, hinc inde turfosis teguntur, ceterum per pagos *Zniesienie, Krzywczyce et Lisienice* usque ad pagum *Biłka* porriguntur. Priores tres pagi siti sunt ad septemtr. radices ejusdem monticulosi tractus, trans quem extenditur supra (sub B.) commemorata *vallicula Winniciensis.*

F. In septemtrionali parte planitierum supra allatarum jacet pagus *Hołosko.* Media via inde pagum Brzuchowice ducente elevantur monticulosa ad minimum 1000 p. v. elata, multa milliara trans pagum Brzuchowice prolongata, rationeque geognostica ex iisdem formationibus ac monticuli circa Lisienice et Winniki constantia. Cuncti monticuli pago Hołosko propiores (ab indigenis vulgo *Swińka* dicti) convestiuntur novellis fagetis, quibus hinc inde abietineta, betuleta, querceta et populeta sunt interposita; ad conterminum pagum *Brzuchowice* vero crescunt pura pineta. Pratula in profundis tantum valliculis angustis obveniunt; ceterum jacent in cuncta hac ditione (Hołosko — Brzuchowice) steriles arenae apertae, quae hinc inde ad altiores humilioresve cumulantur tumulos nullibique contiguum praebent plantarum cespitem.

http://rcin.org.pl

Ex perlustratis descriptae ditionis Leopolitanae localitatibus, magnam differentiam praebentibus, memorantur in Enumeratione: *Wysoki zamek, Kortumowa góra, Krzywczyce, Czartowska skała, caupona Lisienicensis, Bednarówka, Zubrza, Świńka, Korycina, Mostki, Zapole, Na Popowiczowém, Helowszczyzna, Góra zjawienia, Brzuchowice.* Speciales omnium horum locorum proprietates adcuratius expositae sunt in separatis articulis, quos igitur benevolos Lectores inspicere rogo.

**Lel. = Lelechówka.** Vide articulum Janow.

**L. et Liś. = Leopolim et Lisienice.**

**L. et Wi. = Leopolim et Winniki.**

**Li. = Lisowice.** Vide Łukawica.

**Liś. = Lisienice.** Vide Leopolim et Czartowska skała.

**Lubień.** Pagus in *Leopolis* occidente, aquis sulphureis amplisque stagnis insignitus. Ditio campestris (vide Leopolim D.). Quoad silvas praevalent querceta; hinc inde dantur passus Pini silvestris et Betulae albae similiter ac in pago *Zimnawoda*.

**Lutowiska**. Oppidulum in Beskidis Sanocensibus, quorum configurationem et naturam infra in separato articulo sub nomine *Rabka Berehiwska* determinavi.

**Lw. = Lwowiec:** amplius betuletum in occid. declivibus monticuli in pago *Radłowice górne*. Per loca ejus excisa luxuriantur herbosa, aut Populae tremulae impenetrabilia virguleta. In vallicula ad betuleti introitum floret pratulum uliginosum (*Pod Lwowcem*), silvescente Alno glut. dumosisque circumcinctum; reliquos betuleti margines ambit latior cingulus floridus, ratione botanica imprimis Hieracio aurantiaco insignitus. Meridiem versus trans viam stratam oritur quercetum, quod usque ad pagum *Uherce* protrahitur, ibidemque Abietis pect. silva finitur. Trans fines omnium horum silvaticorum jacent pagum *Szady* versus ampla pascua sterilia, grumis talparum superstructa passimque ericetis ornata.

**L. = Łomna vel Łumna**: oppidulum intra Samboriensia montosa Carpathica. Latet in convalle ad flumen Dniester tali loco, quo rivus ex pago Chaszczowa tendens suas undas in Tyram effundit. Montes circumjacentes picetis sunt investiti et nullibi silvarum terminum superant; ceterum habentur ii, qui ad oppiduli orientem surgunt, paullo humiliores quam ii, qui extolluntur ab occasu hiberno, alveos fluminum Dniester et San sejungunt aquarumque exhibent divortium. — Intra hos posteriores montes dominatur praecipue unus, qui vocatur *Magóra*, in oppiduli ambitu punctum culminans habetur, et circiter 3000 p. v. est altus. Pars inferior hujus montis cingitur Abiete pectinata, cuncta pars superior autem silva faginea, et in culmine floret pratulum, quod tamen minime subalpinae est naturae, plantisque regionibus supersilvaticis propriis insignitur. Insectorum ubivis paucitas.

**Ławrów**. Pagus cum monasterio PP. Ordinis St. Bazilii intra alta Carpathorum Samboriensium promontoria, undique silvis Abietis pectinatae tecta. Flora et fauna horum desertorum silvaticorum specierum pauperrima est.

**Ł. in R. = Łuh in Rakowiec:** Populo tremula, Alnis coryletisque intermixtum quercetum in collinis viculi *Rakowiec*. Huic querceto interpositum est depressum pratum paludosum, quod *Stawki w łuhu* vocatur et hinc inde procreat salicta et dumosa. Reliquae huic localitati, magnum numerum insectorum foventi, adjacentes plagae praebent ditionem cultissimam, usque ad pagum *Dobrowlany* porrectam.

**Ł. in W. = Łuh in Wołcze:** pratum in convalle montosorum pagi *Wołcze*. Juxta ripas rivuli per hoc pratum labentis crescunt salicta et virguleta. Ononis hircinae *Jacq.* ubivis innumerabilitas.



http://rcin.org.pl

**Luk.** **Lukawica.** A. Pagus in collina ditione fluviis Swica et Stryj amplexa, frequentibus pratis humidis concisa, ceterum aut sterilibus agris cultis aut quercetis obtecta, exceptis hinc inde lucis betulineis, tum abietinetis in pago *Lisowice* et picetis in pago *Morszyn*. Elevationem hujus ditionis, quae humilem veluti pulvinum in Carpathorum radicibus repraesentat similemque ac ditio oppidi *Drohobycz* habet situm, indicent pagi Niniow et Żulin, quorum prior 1145, posterior 1032 p. v. (*sec. Kbgm.*) altus est. Si vero fines respicimus, desinit *ditio Łukavicensis* septemtr. versus in viam stratam inter oppida *Bolechow et Stryj*; ab occidente porriguntur juxta flumen Stryj patentes planities, quae ulterius collina ditione *Drohobycensi* finiuntur; ab oriente dantur item planities, ab opp. *Bolechow* juxta flumen Swica tendentes; in meridie denique extolluntur promontoria Carpathica, 2000 — 2500 p. v. alta, fagetis convestita, convallibus concisa, pagosque *Rozhurcze et Bubniszcze* continentia.

B. Pagus *Rozhurcze* annititur partim ad flumen Stryj, partim ad praerupta declivia promontoriorum, omnino fagetis cinctorum. Infra vicum crescunt in fluvii lapidosis ampla saliceta incipitque hic lata planities, quae ex hinc juxta nominatum flumen usque ad urbem Stryj tendit. In limine vero adversae partis eorundem promontoriorum, pari modo vastis fagetis, rarius silvulis Abietis excelsae, convestitorum, pandit pagus *Bubniszcze* ad flumen *Brzaska*, quod labitur per angustam convallem, pone opp. *Bolechow* incipientem, tum in montes Carpath. penetrantem. In vicinitate pagorum *Bubniszcze et Rozhurcze* extolluntur intra silvas alta, abrupta et rupinosa petrae arenosae Carpathicae saxa, ex vetustissimis temporibus opere excavata, de quibus prodigiosissima ab indigenis narrantur. Flora horum desertorum silvaticorum pauperrima; insectorum vero penuria dependere videtur e paucitate vel specierum vel individuorum plantarum, quae insectis aut escam suppeditarent, aut alii vivendi rationi inservirent.

**Luk. et Li. = Lukawica et Lisowice.**

**M. = Modrycz.** Pagus in merid. margine collinae ditionis *Drohobycensis* et sub Carpath. promontoriis situs. In ambitu hujus pagi, 1178 p. v. (*sec. Kbgm.*) elati, alternant agri culti cum luxuriosis pratis sterilibusve pascuis. Quoad silvas datur in collibus pago adjacentibus quercetum vetustissimum nomine *Parna vel Tepluch*, tum alia silvula, *Skrzynny potok* vocata, potissime ex Quercubus, Betulis et Abietibus excelsis commixta; remotius vero meridiem versus extenditur ad vicum Tustanowice in promontoriorum convalle silva ampliuscula vulgo *Dąbrowa* dicta et ex Betulis, Alnis, Pop. tremulis, Quercubus, coryletis, porro ex Aceribus plat., Fraxinis excels. et Pinis silvestribus composita. In contermino balneo *Truskawiec* obveniunt juvenca fageta; salinae *Stebnik* autem silvis omnino carent.

**Mag. = Magóra.** Vide Łomna.

**Makutra.** Vide articulos Drańcza et Brody.

**Max. = Maxymówka:** sic vocatur in opp. *Janów* amplum pratum uliginosum, a finibus stagni usque ad pagum *Lelechówka* extensum. In meridionali ejus parte extolluntur collina (vide P-S); per ipsum vero pratum labitur fluviolus Wereszczyca, stagnum Janoviense nutriens; ulterius trans fluviolum diffunduntur cariceta a vico Stawki usque ad pagum Lelechówka.

**M. k. i b. d.=Między kątem i białą drogą.** Vide Dobrowlany.

**Moczar:** pratum subhumidum ad dextram fluminis Dniester ripam. Vide secus articulum *Radłowice górne*.

**Mostki.** Vide Korycina.

**Nadwòrna.** Oppidulum ad flumen Bystrzyca sub radicibus Carpath. promontoriorum situm et 1395 p. v. (*sec. K.F.*) elatum. Silvas vicina

http://rcin.org.pl

promontoria investientes, constituunt Fagus, Quercus, Betula et Abies pectinata. A septemtrione aperiuntur amplae planities fecundae, oppidum *Stanisławów* petentes.

**Nowoszyce:** pagus in collina ditione *Drohobycense*. Excepto mixto luco frondoso, ad pagum crescente, reliqua regio circumcirca cultissima est.

**N. P. = Na Popowiczowem.** Vide Korycina.

**Otynija**: Oppidulum pone flumen Worona in ditione collina situm et 789 p. v. (sec. Kr.) elatum. Juxta nominatum flumen uda prata; hinc inde querceta, rarius luci betulinei. In occidente denique patescunt amplae planities, usque ad opp. Stanisławów porrectae.

**P. = Pawłówka.** Vide articulum Czaple.

**Par. = Paraszka.** Vide articulum Skole.

**Parna:** quercetum vetustum in pago *Modrycz*. Vide Tepluch.

**Peczyniżyn**. Oppidulum in fecunda convalle ad marginem Carpathorum Kolomyensium. Meridiem versus extolluntur alti montes, qui tamen superiorem silvarum terminum non excedunt. Vestimentum horum montium constituitur fagetis; in humilioribus vero regionibus oppido propinquioribus salutantur hinc inde querceta.

**Pikuj:** alpes in montosis Samboriensibus. Vide *Huśla*.

**pl. S. = planities Samboriensis.** Vide Sambor.

**P. L. = Pod Lwowcem**. Vide articulum Lwowiec.

**Podhorki:** pagus inter Bednarów et Kałusz. In pagi vicinitate datur purum quercetum et Quercu intermixtum picetum.

**Podhorodce**. Pagus ad flumen Stryj in angusta convalle Beskidorum Stryensium. A septemtrione elevantur alta fagetisque convestita promontoria; a meridie vero et ad dextram fluminis Stryj ripam exstruuntur montes, qui ad subalpinam altitudinem assurgunt et orientem versus usque ad oppidulum *Skole* protrahuntur. In ima pagi convalle agri fecundi et pometa; eodem modo coluntur et humiliora promontoriorum declivia.

**Pohane misce:** alpes in alpino tractu *Czornahora*, circiter 5800 p. v. alta rupibus insignita; continuisque fere nebulis se involvens.

**P. P. = Pod Próchnikiem:** sterilia collina sabulosa, collibus *Próchnik et Szyp* interjacentia (*vide* P.—*S.*), nullibique arbusculam vel fruticulum agnoscentia, ceterum Filicibus obsita.

**Pr. = Próchnik:** longus collis arenosus, 1110 p. v. (sec. Kbgm.) elatus, fruticosis Pinis silvestribus plantisque florae arenosae parce obsitus. Adversus hunc collem diffunduntur in campestribus et collinis ampla pineta, quorum pars anterior ab indigenis *Romanówka* vocatur. Vide secus Próchnik - Szyp.

**P. R. = Pod Romanówka:** vetustum quercetum in collinis inter *Janów et Lelechówka*, quod quasi fortuito in his regionibus, pinetis omnino convestitis, invenitur. Idem quercetum attingit pinetum *Romanówka*; adversus haec silvatica autem elevantur arenoso-calcarea collina *Próchnik-Szyp*, silvis carentia.

**Przemyślany**. Oppidulum haud procul a fontibus fluminis Lipa gniła. Continetur ditione monticulosa, usque ad opp. *Rohatyn* protracta, fagetisque tecta. Colles circumjacentes omnino culti; juxta flumen vero prata humida virent.

**P.-S. = Próchnik-Szyp:** sic designo cunctam seriem collium inter *Janow et Lelechówka*, qui ab indigenis *Próchnik*, *Pod Próchnikiem et Szyp* vocitantur. Juxta pedem horum collium porriguntur uno ex latere sabuleta sterilia et pineta (*vide Romanówka*), ex altero autem profunda prata uliginosa et cariceta, quibus stagnum Janoviense finitur. Insectorum

http://rcin.org.pl

haec regio ditissima est; mirandum vero, horum etiam tales species hic inveniri, quae intra regionem subalpinam habitant et manent, et in regionem silvaticam vix descendunt.

**P. W. = Pod Woznycznem:** pratum uliginosum juxta, pedem silvigerorum collinorum porrectum stagnoque finitum. Vide *Stupnica*.

**R. = Romanówka:** sic vocatur pars anterior vastorum pinetorum, quae in campestribus et collinis inter *Janow* et *Lelechówka* diffunduntur. Loca excisa et collucata pineti Romanówka occupantur nunc arboribus et fruticulis frond., juxta marginem autem florent sicca pratula herbosa, in cuncto ambitu solum hic obvenientia. In vicinitate continetur pinetis amplius quercetum *Pod Romanówką*. Vide secus Próchnik-Szyp.

**Rabka Berehiwska.** Intra Carpathos Sanocenses, qui immediate ad Hungariae elevantur confinium, scaturit in pago *Sianki* flumen San, quod inde occassum aestivum versus labitur per angustam convallem aliquot milliaria longam, pagisque *Beniowa*, *Tarnawa*, *Dźwiniacz*, *Smolnik* obsessam. Juxta hanc convallem tendunt sd dextram flum. San ripam humiliores prolongatique tractus montosi, uniformibus Abietis pectinatae silvis obtecti, hinc inde agris avenaceis constrati. Juxta sinistram vero ripam extolluntur praecipites montes altissimi, quorum dorsa et tumuli dorsales ultra silvas ubivis eminent, et quos circiter 4000—4500 p. v. elatos esse censeo.

Pone supra memoratum pagum *Smolnik* effundit se in flumen San fluviolus, directe a Hungariae terminis tendens. Alveo hujus fluvioli ad pagum *Ustrzyki górne* progredientes, conspiciunt in occasu montosum fagetisque circumcinctum tractum, cujus dorsum silvarum terminum excedit continuasque exhibet alpes, quae ab incolis *Berehiwski połonyny* vocitantur. In oriente vero ejusdem convallis extolluntur alii multo altiores montes, qui pari modo ac priores immensis cinguntur fagetis, in jugo autem denudato subalpina gerunt prata. Culminantem hic tumulum *Kijowiec*, qui non solum in cunctam regionem ad scaturigines fluminis San dominatur, sed multo altior est etiam omnibus alpibus ad fontes fluminis Stryj et ad opp. *Skole*, ad minimum 5000 p. v. elevari censeo. Sub merid. alpis *Kijowiec* lateribus latet ad ipsum Hungariae confinium in valle nimirum elata pagus *Wołosate*. Occasum versus ab hoc pago imminet item ad ipsum Hungariae terminum intra paullo minores immensisque fagetis undique convestitos montes humilior aliquantulum alpes nomine „Rabka Berehiwska," quam vernaculi propter id, quod undique est conspicua liberumque tam in Hungariam quam in Haliciam praebet prospectum erroneo altissimam existimant. Constituunt igitur memoratae ditiones regionem sensu strictissimo alpestrem, tam montium altitudine, quam alpium frequentia et amplitudine insignitam. Agri frumentarii et triticei nullibi conspiciuntur, rarius ceterum et avenacei, et incolae re plerumque pecuaria vitam sustentant. Suaviter virentibus fagetis differunt porro omnia haec loca a montibus ad opp. *Skole*, ubi potissime nigricantia et tristia procrescunt silvatica abietinea et picea. Flora alpium hujus regionis eadem est, ac in alpibus ad *Skole* et in alpe *Pikuj*. Pinus Mughus nullibi agnoscitur; in montibus humilioribus autem crescunt frequentia Alni incanae fruticosa. Propter feras majores, praecipue autem ursos et lupos, qui magna hic gregibus inferunt detrimenta, excursiones in has desertas solitudines permolestae periculorumque plenae sunt.

**Rak. = Rakowiec:** viculus in collina ditione *Drohobycense* situs pagoque *Dobrowlany* conterminus. Intra culta obvenit hic quercetum nomine *Łuh*, quo continetur luxuriosum pratum udum, *Stawki w Łuhu* vocatum.

**R. g. = Radłowice górne:** pagus ad flumen Dniester non procul a Carpathis, partim ad opp. *Sambor*, patim ad latera monticuloso — collinae ditionis *Drohobycensis* annexus. In planitie Samboriense extenduntur juxta flumen Dniester intra agros cultos luxuriosa prata (*Błażow-*

http://rcin.org.pl

*szczyzna Moczar*). Monticulis trans pagum innascitur septemtr. versus amplior silva betulinea (*Lwowiec*), et meridiem versus quercetum patens, per cujus loca excisa alternant merae permixtaeve silvulae Alni glut., Betulae, Fagi, Populi tremulae. Ulterius meridiem versus excurrit hoc quercetum (a me „*quercetum Radłowice*" vocatum) in contermini pagi *Uherce* piceta. Valliculae replentur herbosis uliginosis, vepretis, dumosis, alnetis, coryletis. Trans silvarum vero fines, pagum Szady versus, dantur sterilia pascua unduloso-collina, talparum grumis superstructa passimque ericetis condecorata; secus regio cultissima admodumque fecunda. Flora demum et insectorum fauna pagi Radłowice et adjacentium regionum, magna diversitate insignitarum, ditissimae sunt, numerantque haud paucas tales species, quae in alpes usque adscendunt aut regionibus supersilvaticis sunt propriae. Sabuleta et pineta, ita etiam et insecta illa inhabitantia, omnino hic disiderantur.

**Rohatyn**. Oppidulum pone flumen Lipa gniła. Situm in planitie fertili et undique culta. Orientem hibernum versus elevantur humiles fagetisque obtecti monticuli, ex hinc versus opp. *Przemyślany* et *Brzeżany* porrecti.

**Rozhurcze.** Vide Łukawica B.

**S. = Sambor**. A. Oppidum in vicinitate Carpathorum ad sinistram fluminis Dniester ripam situm, et 985 p. v. (*sec. KF.*) elatum. Omnia cerealia, olera, arboresque pomiferae prospere hic procedunt. Vitis vinifera quoque maturescit. Brumae incipiunt sub finem m. Octobris durantque usque ad medium vel exeuntem m. Martium.

B. Insidet porro oppidum Sambor meditulio amplae planitei, quae ad opp. *Staremiasto* incipit, per Samboriam intra flumina Dniester et Strwiąż latius latiusque usque ad pagum *Koniuszki*, ex hinc vero secundum dextram flum. Dniester ripam orientem hibernum versus usque ad oppida Żurawno et Żydaczow late extenditur. Cuncta haec planities, quam „*Samboriensem*" nomino, in omni extensione est horizontalis et librata silvarumque ubivis expers. Partes ejus septemtr. et occid., quae pagis *Kalinów, Babina, Czerniechów et Koniuszki* finiuntur, tum illae, quae ex pago Koniuszki ad oppida Żurawno, Żydaczów et Mikołajów tendunt, propter annuas inundationes omnino sunt udae et uliginosae, nullibi aratae vel cultae, imo vastissimis pratis caricinis intectae. Pars vero meridionalis, quae juxta flumen Dniester a pagis Kalinow et Babina porrigitur per Samboriam usque ad opp. Staremiasto, terram praebet fecundam admodumque cultam vel luxuriosis pratis ornatam. Comparata ad altitudinem aliarum planitierum Haliciensium est Samboriensis satis elata, quum ex. gr. planities Rzeszoviensis 582, pl. Przemyślensis 654, pl. Stanislaopolitana 790, et opp. Sambor 985 p. v. (*sec. KF. et Kr.*) elevari dicuntur.

C. Laudare demum liceat ditiones planitiem Samboriensem terminantes. Ab occasu hiberno limitatur pl. Samb. pone opp. *Staremiasto* promontoriis Carpath., 1500—2000 p. v. elatis, hinc inde cultis, ceterum silvigeris, Alnove incana convestitis. A meridie extollitur ditio monticuloso-collina, quae definitur linea per pagos *Uherce, Radłowice, Kornalowice, Ozimina et Dobrowlawy* circumcurrente; ejus indolem et configurationem in articulo *Drohobycz* determinavi. A septemtrione denique dantur elata campestria, quae usque ad opp. Chyrów, Przemyśl et Mościska vergunt, ab opp. Felsztyn juxta sinistram flum. Strwiąż ripam ad pagum Koniuszki tendunt, ex hinc vero juxta sinistram flum. Dniester ripam usque ad opp. Mikołajow et Rozdoł, tum trans opp. Rudki et Komarno usque ad *Leopolim* poriguntur. Summam elevationem horum campestrium, planitiei Samb. propiorum, habet vetustissimus inter opp. Rudki et Grodek pago Hodwisznia eminens tumulus, quem ad minimum 1000 p. v. elatum esse censeo. Obsidentur denique haec campestria pluribus locis a me perlustratis, scilicet:



http://rcin.org.pl

*Czerniechow*, *Koniuszki*, *Chłopczyce*, *Rudki*, *Hoszany*, *Grodek*, *Janów*, *Lubień*, *Zimnawoda*.

**Sab.** = **Sabaryna:** ampla coryleta cum mixto fageto et puro piceto cohaerentia. Vide *Stupnica*.

**Sianki.** Vide Rabka Berehiwska.

**Śka.** = **Swińka.** Sic vocatur in pago *Hołosko* series monticulorum silvigerorum, qui elevantur juxta viam lateralem, pagum *Brzuchowice* ducentem. Quoad silvas, quibus memorati monticuli omnino teguntur, occurunt in partibus pago Hołosko propioribus juvenca fageta, passim betuletis, alnetis et populetis interrupta; ad ipsum introitum vero viget silvula Abietis excelsae. Remotiores eorundum mont. partes proferunt pura pineta, quae usque ad pagum Brzuchowice diffunduntur. In aliis denique monticulis pago Hołosko adjacentibus invenitur quercetum (*vide Korycina*).

**Sle.** = **Skole.** Oppidulum ad flumen Opora in Carpathis Stryensibus. Situm est in rotunda convalle, 1200 p. v. (sec. Kr.) elata, silvigerisque montibus alpestribus circumcincta. Clima sationi autumnali arboribusque pomiferis satis favet.

Occidentalem Skolensis valliculae parietem exhibent praerupta declivia tractus alpestris, vulgo *Korczanka* dicti, qui ad oppidulum, per occid. scilicet latera, silvis ex Fago, Abiete pect. et excelsa commixtis investitur, ex hinc porro sesquimilliare circiter occasum aestivum versus protrahitur, in toto hoc decursu superiorem silvarum terminum excedit, in tergo pratis subalpinis consternitur, tumulisque variae altitudinis obsidetur. Altissimi horum tumulorum, qui *Paraszka* vocitatur, est altitudo 3996 p. v. secundum mappam geogr. D. Kummersberg, 3925 p. v. autem secundum mensuras D. Łobarzewskii.—Septemtrionalia tractus Korczanka latera, quae ad flumen Stryj devolvuntur, antiquissimis tecta sunt fagetis; in ima vero convalle ad flumen Stryj jacent pagi *Kruszelnica et Korczyn*, qui cultis continentur agris hactenusque calidum habent clima, quod et cerealia et pometa satis prospere succedunt. Adjacentes montes humiliores integuntur coryletis Alnique incanae fruticosis. — Meridionalia eiusdem tractus declivia gaudent silvis abietineis exhibentque simul cum numerosis montibus conterminis vasta deserta nullibi inhabitata, excepto solitario pago *Korostow* ad flumen Oriawa. – Superior terminus silvarum tractus *Korczanka* decurrit in declivibus occid. et septemtr. secundum D. Łobarzewskii mensuras altitudine 3596 p. v. Pratorum montanorum ubivis multitudo.

Orientales parietes montanae valliculae, in qua latet oppidulum *Skole*, pari modo ac occidentales subito praeruptissimeque ad alpestrem altitudinem assurgunt. In hac parte extollitur mons *Zelemin*, 3703 p. v. (*sec. Kbgm.*) altus, cujus longum tergum silvarum fines superiores ubivis superat, exinde 2 circiter milliaria orientem hibernum versus porrigitur, suisque demum extremitatibus attingit illa immensa vastaque spatia et montosa, ubi patescunt primaeva nullibique inhabitata deserta silvatica ad fluvium Mizunia.

Numerant denique alpes *Paraszka et Zelemin* multas plantarum species regionibus subalpinis proprias; ex. gr. reperitur: Luzula spadicea *Desv.*, Hieracium grandiflorum et aurantiacum *L.*, Hypochoeris helvetica *Jacq.*, Homogyne alpina *L*, Soldanella alpina *L.*, Scorzonera rosea *W. et Kit.* etc. Numerum vero insectorum considerantes, invenimus, illa quidem esse insignia sed pauciora, quam in ulla alia regione silvatica aut subsilvatica. Praeclarum demum omnique cum majestate in his regionibus sese manifestans naturae phaenomenon, silvas ad superiores suos terminos pumilescere, quilibet non satis contemplari admiraque poterit.

http://rcin.org.pl

**S. P. = Skrzynny Potok:** silva initio e Quercubus, Betulis et Abietibus excelsis commixta, ad finem vero ex sola Abiete excelsa constans. Vide secus *Modrycz.*

**Sołotwina.** Oppidulum ad pedem Carpathorum Stanislaopolitanorum. In meridie extolluntur alta promontoria silvigera, praecipue betuleta producentia; in septemtrione autem elevatur cultissima ditio collino — monticulosa, quae ex hinc protrahitur usque ad Tyram et opp. *Halicz.*

**Spas:** pagus intra Samboriensia promontoria Carpathica, passim silvarum expertia et saxosa, passim abietineta et fageta proferentia. Agri plerumque avenacei.

**St. = Stanisławów:** oppidum ad fluvium Bystrzyca situm et 787 p. v. (*sec. K.F. et Kr.*) elatum. Jacet porro hoc opp. in aperta tabulaeque instar aequa planitie, quae extenditur septemtr. versus juxta cursum flum. Bystrzyca usque ad flumen Dniester pone oppid. *Jezupol*, meridiem versus usque ad opp. *Bohorodczany* et promontoria (1382 p. v. *sec. Kbgm.* elata) in vicinitate pagi *Chorochlina*, orientem et orientem hibernum versus usque ad fluvii Worona ripas pone opp. *Tyśmienica et Otynija*, exinde vero usque ad opp. *Nadwórna*, quod promontoriorum radicibus tali adhaeret loco, quo flumen Bystrzyca ex Carpathis erumpit apertamque jam ingreditur planitiem.

In cuncta hac planitie nullibi conspicitur clivulus; solum est siccum et fertile, hic illic lapidibus et arenis commixtum aut nigrum, segetibus admodum fecundum, idcirco cuncta fere regio cultissima. Raro ceterum conspicitur pratulum, silvae autem hinc inde obvenientes sunt querceta (ex. gr. in *Tyśmieniczany*, *Fitków* etc.), rarius betuleta. Secundum ripas fluminis Worona tendunt angustis lineis paludosa prata seu paludes aquosae et arundineta; secundum flumen Bystrzyca vero frequentia crescunt salicta. Ad indicandam elevationem planitiei Stanislaopolitanae observare demum liceat, oppidulum Łysiec 953, pagum Tyśmieniczany 937, p. Chrypiin 811, et pagum Chomiakówka 849 p. v. (*sec. Kbgm*) elatum esse.

**Starasol:** oppidulum et vetustissimae salinae intra Samboriensia promontoria Carpathica. Silvae adjacentes ex Abiete pectinata constant.

**Staremiasto:** oppidulum in limite Samboriensium promontor. Carpath. ad flumen Dniester, quod hic e montibus erumpit apartamque planitiem *Samboriensem* ingreditur. Adjacentia promontoria partim culta, partim Juniperi communis Alnique incanae fruticetis obsita sunt inserviuntque pascendis ovium gregibus.

**Stoposiany:** pagus intra Beskidorum Sanocensium alpestria ad confinium Hungaricum elata. Quoad silvas dantur vasta fageta et piceta. Prata montana et subalpina frequentia. Vide secus *Rabka Berehiwska.*

**Stryj**: Oppidum ad flumen ejusdem nominis. Elatum est 1054 p. v. (*sec. K.F.*) jacetque in meditulio perfertilis admodumque cultae planitiei, quae orientem versus in collinam ditionem *Łukavicensem*, occidentem autem versus in collinam ditionem *Drohobycensem* desinit. Ambitus oppidi silvis caret; ad flumen Stryj salicta.

**Strzelbice:** pagus in margine promontor, pone opp. *Staremiasto.* Silvae nullae; pometa frequentia; prata hinc inde.

**Stup. = Stupnica:** pagus in *Drohobycense* ditione collina, meridiem versus in promontoria Carpath. excurrente. Agri fecundi admodumque culti; prata rariora. Silvae constant in universum ex Abiete pectinata, Fago, Quercu, Populo tremula, Carpino, Alno glutinosa, Betula. Collina pone Ecclesiam, a pago satis distantem aggereque terreo (tempore invasionum Turcomanorum exstructo) munitam, obtecta sunt puro piceto *Jedlina*, mixto fageto *Zapust*, et amplis coryletis impenetrabilibus, vulgo *Sabaryna* dictis; in collibus vero pago propioribus obvenit valde collucatum

http://rcin.org.pl

quercetum *Woznyczne*, cui adjacet depressum pratum uliginosum *Pod Woznycznem.* Intra pagum denique et Ecclesiam crescit purum betuletum, nec unum fruticulum patiens.

**St. w. ł. = Stawki w łuhu:** floriferum pratum udum querceto cinctum. *Vide* Rakowice.

**Synowucko.** Pagus ad flumen Stryj in Beskidis Stryensibus. Septemtrionem versus extenditur latius latiusque planities cultisima juxta flumen Stryj ad opp. Stryj tendens; in meridie vero, oriente et occid. extolluntur alta promontoria, potissime fagetis convestita. Trans promontoria orientalia invenitur pagus *Bubniszcze*, trans meridionalia autem latet jam intra montes alpestres oppidulum *Skole*.

**Szady**: pagus in collina ditione *Drohobycense*. Exceptis agris cultis dantur hic ampla pascua sterilia vel prata florida in udis valliculis. Septemtrionem versus extenduntur quercea frutecta; occid. versus adjacent silvatica pagi *Radłowice*.

**Szpyci:** nomen alpis in occid. parte alpini tractus *Czornahora* imminentis et circiter 6000 p. v. altae.

**Szyp**: tumulus calcareus, crassa arenae strue intectus. Tam ipse tumulus quam proximae ejus prolongationes pagum Lelechowka versus convestitae sunt virguletis querceis, pineis, corylinis et carpineis, quae hinc inde minusculis dant locum pratulis. Adversus collem Szyp elevantur alia collina, puris pinetis convestita, quibus interpositum est amplius quercetum *Pod Romanówką* vocatum. Vide secus P.—S.

**Te. = Tepluch vel Parna:** purum quercetum vetustum in collinis pagi *Modrycz*, quod exceptis coryletis nullas alias arbusculas nullaque frutecta agnoscit. In ejus vicinitate viget alia silva mixta, cui est nomen *Skrzynny potok*.

**Truskawiec:** balineum pone opp. *Drohocycz* sub Carpathorum promontoriis situm. Adjacentibus collinis innascuntur fageta. Secus regio cultissima.

**Turka:** oppidulum in meditulio Capathorum Samboriensium. Circumcirca humiliores montes culti.

**U. g. Ustrzyki górne.** Vide Rabka Berehiwska.

**Uherce**. Vide Radłowice górne.

**Urycz:** pagus intra Carpath. promontoria, 2958 p. v. (*sec. Kbgm.*) alta, quae potissime Fago, hinc inde vero Abiete excelsa et juniperetis; convestiuntur, et ex hinc pagum *Podhorodce* versus protrahuntur. In vicinitate pagi Urycz exstant altae nudaeque rupes arenosae, excavationibus artificialibus reminiscentiisque historicis insignitae.

**Ustrzyki:** oppidulum ad flumen Strwiąż intra humiliora Samboriensium Carpathorum promontoria, quae in cuncta ditione obteguntur picetis. Oppidum ipsum jacet in frigida convalle angusta agris plerumque avenaceis concisa.

**W. = Wołcze:** pagus in Carpathis Samboriensibus non procul a fluminis Dniester fontibus, quae scaturiunt sub cacumine silvigeri et milliare circiter a pago distantis montis, qui ab indigenis *Werch Rozłucki* vocatur. Pagus ipse latet in convalle intra humiliores montes, quos partim investiunt piceta (hinc inde Abiete excelsa parce permixta), partim vero obtegunt junipereta. Omnes agri steriles sunt, eduntque vix Avenam et Solanum tuberosum. Secale cereale et Triticum sativum seruntur hinc inde in solanorum agris talibusve locis, ubi rustici silvas, quae nullius hic sunt pretii, partiatim deflagrant. Culturae arborum pomiferarum non libenter opera datur, quum raro fructificant hibernoque frequenter pereunt frigore. Brumae incipiunt ineunte m. Octobri (nonnunquam jam sub finem m. Augusti) durantque usque ad medium m. Majum. Monendum denique, convallem pagi Wołcze, frequentibus pratis luxuriosis concisam

http://rcin.org.pl

esse, quorum pleraque deflagratu et exstirpatione silvarum annis labentibus orta sunt. Prata a me perlustrata vocantur: *Łuh*, *Kaminka et Zahariskie pole*. Trans montosa pagi Wołcze pandunt loca: *Łumna*, *Turka*, *Czarna*.

**Wi. = Winniki:** pagus pone Leopolim.

**Wozn. = Woznyczne:** collinum quercetum magnam per partem excisum variisque arboribus silvaticis et fruticosis nunc permixtum. Ad introitum extenditur juxta collinorum pedem pratum uliginosum *Pod Woznycznem* vocitatum. Vide secus *Stupnica*.

**W. R. = Werch Rozłucki:** sic vocatur mons Carpathicus milliare circiter a pago *Wołcze* distans, sub cujus cacumine, aquis subterraneis subluto, scaturit Tyras, qui pagum Wołcze duobus ramis circumfluit, ex hinc vero jam uti spectabilis fluviolus oppidula *Łomna et Staremiasto* petit, ubi e Carpathis erumpens apertam ingreditur planitiem *Samboriensem*. Trans montem *Werch Rozłucki* invenitur pagus Rozłucz, ubi nascuntur fageta; montosa vero ad Wołcze gaudent picetis et juniperetis.

**W. z. = Wysoki zamek.** Leopolitanus monticulus, 1240 p. v. (*sec. Kbgm.*) altus, partim lucis betulineis et acerosis, opere plantatis, constratus, partim amoenissimis ambulacris condecoratus, in reliqua tandem parte denudatus passimve cultus. Nomen *Wysoki zamek* debet hic mont. ruinis arcis quondam Haliciae principum; propter arenosam ejus vero naturam vulgo etiam *Piaskowa góra* (Mons arenosus) dicitur; in honorem demum Nostri Imperatoris Francisci Josephi impositum est ei nuperrime et nomen *Franz-Josephsberg*. Trans Leopolim excurrit m. Wysoki zamek in monticulos silvigeros, qui pagum Winniki versus protrahuntur.

**Wychylówka:** amoenissimis arbustis insignia ambulacra ad sinistram Tyrae ripam in confinio pagi Radłowice górne oppidique Sambor sita. Juxta Tyrae ripas luxuriantur ampla salicta, quorum loca excisa spissis Rubi caesii fruticosis occupantur. Cuncta secus regio adjacens cultissima est.

**Z. = Zubrze.** In campestribus, quae meridiem versus trans *Leopolim* extenduntur, adjacet vico *Bednarówka* pagus *Zubrza*. Ambitus hujus pagi cultissimus, pratula perrara; ceterum obvenit hic amplior silva frondosa, quae betuleto incipit et querceto finitur, in media vero parte alnetis et populetis permixtis interrumpitur. Ad marginem humidum nardetum.

**Ż. = Żabie.** Sic vocatur pagus cum nonnullis attinentibus vicis (ex. gr. Ilcia) haud procul a terminis Bucovinae intra altisima alpestria Pokutiae Carpathorum in ima convalle ad flumen Czeremosz situs. Si ex hoc pago ad meridiem spectamus, conspicimus dextra ex parte transverse imminentem montem *Kostrzyca*, cujus dorsum ubivis ultra silvas paullo surgit, pratisque subalpinis est constratum; sinistra vero ex parte elevantur pari altitudine alia alpestria, vulgo *Kręta* dicta, trans ambos denique hos tractus silvigeros extenditur protinus meridiem versus jam ad ipsos Hungariae fines alius tractus montosus ultra Mughi regionem elatus, copiisque Rhododendri insignitus, cui est nomen *Czornahora*. Montes occidentales quoque alti et silvigeri sunt, sed ad alpestrem altitudinem non perveniunt; illi vero ad pagi orientem elati sunt etiam occidentalium minores eduntque jam rarius silvatica. Cuncta haec alpestria pago Żabie circumjacentia integuntur immensis Abietis excelsae silvaticis, quibus frequentia prata montana sunt interjecta; omnes vero alpes ditissima superbiunt chloride. Agriculturae propter agrorum sterilitatem paucissima, rei vero pecuariae propter amplissima pascua alpestria maxima opera hic navatur; arbores pomiferae male procedunt et indigenae vescuntur potissime e caseo ovillo et Zea mayde, ex aliis circuli Kolomyensis regionibus et ex Bucovina importata. Monendum quoque, ab incolis harum regionum in magnis deliciis haberi equos, qui tam a viris, quam a feminis ad omnia itinera perficienda et onera portanda adhibentur

http://rcin.org.pl

Convallis angusta, in qua latet pagus Żabie, protrahitur exinde orientem versus intra montes juxta flumen Czeremosz czarny 2 circiter milliaria usque ad confluentem fluv. Potyła et Czeremosz. In cuncta hac extensione declivia montium adjacentium tantum solum distantiae praebent, ut ima convallis ipso fere flumine ejusque lapidosis occupetur, ideoque etiam potius nomen faucium intermontanarum mereatur. Expanduntur hic denique juxta flumen pagi *Krzyworównia*, *Jasienów*, *Uścieryki*, *Uście Potyły*, in quibus indigenae pari modo ac in Żabie inopem tolerant vitam pastoriciam; clima vero horum pagorum paullo mitius esse videtur, quum arbores pomiferae hic saepius deprehenduntur. Montes demum juxta memoratas fauces utrimque elati humiles sunt silvarumque fines superiores nullibi excedunt. Silvae raro obveniunt suntque abietineta; hinc inde dantur ampla Alni incanae *Willd.* virguleta.

**Zap.** = **Zapole**. Vide Korycina.

**Zapust:** collina silvula faginea, Abiete pectinata, Betula, Populo tremula et Carpino betulo intermixta. Adjacent ei porro ampla coryleta (*Sabaryna*) purumque picetum (*Jedlina*). Vide secus *Stupnica*.

**Zel.** = **Zelemin**. Vide Skole.

**Zimnawoda**. Pagus in fecundis admodumque cultis campestribus, quae a Leopoli multa milliaria meridiem et occid. versus porriguntur. Pone pagum nascitur major silva, passim ex Pino silvestri, ex Betula et Quercu composita.

**Z. P.** = **Zahariskie pole:** pratum foenarium in convalle montosorum Beskidorum pagi *Wołcze*, deflagratu et exstirpatione silvarum creatum.

**Valeas liber, Lectoribus salutem dicas, et apud Eos auctorem commendes.**

(*Zetterstedt.*)

Scripsi Leopoli anno 1860.

**M. Siła Nowicki.**

http://rcin.org.pl

# I. RHOPALOCERA. B.

## Papilionina.

## Equites *HS.*

### Papillio *L.*

**1. Podalirius** *L. OT I. 118*; *HS. I. 140*; *H. 388. 389*. Per omne territorium quotannis quidem vulgate nusquam gregatim. Frequentat libenter hortos tempore florum Syringae vulgaris; ceterum navigare solet in lucidis prosilviis fruticosisque, aut in apricis rupestribus regionum coll. et circiter 1800 p. v. elatorum promontoriorum *Spas et B. g.* prope *Smolnica*. Primum Majo et Junio, tum (solitarie) Augusto. In ditionibus alpestribus subalpinisque Pod. adhuc usque non observavi.

*Viget secus in media meridionalique Europa; adest usque ad Wolgam, montes Altaicos et in Aegypto. Hollandiae, Britanniae et Scandinaviae deest.* *

**2. Machaon** *L. OT. I. 121*; *HS. I. 140*; *H. 390. 391.* Frequentior praecedente, localiterque plus minusve acervatim; reperitur per cunctum terr. a pl. in subalpina usque; Majo, Aug.,

---

* *Addita lepid. geogr. distributione, sumpta ex operibus (Herrich — Schäfferi, Treitschkii, Zelleri (Isis 1839. et Linn. Ent. vol. I — X.), Adolphi et Augusti Speyer: „Die g. V. der Schmet. (Papilio, Bombyx, Sphinx L.) Deutschlands und der Schweiz, Leipzig 1858,“ denique Gabrieli Koch: „Die g. V. der europ. Schmet. in anderen Welttheilen, Leipzig 1857“), quae mihi Leopoli praesto erant, viris doctis me nulla adjumenta adtulisse scio, praesertim quoniam haec distributio quod adtinet ad Noctuas, Geometras, Pyralides Tortricesque deficientibus mihi de hac materia necessariis scriptis, est manca; hoc tamen eo consilio feci, ut opusculo aliquis inferatur vigor, ceterum ut iis, qui a Bibliothecis remoti majoribus operibus uti non possint, aliquid fortasse exoptati utilisque praebeam.*

http://rcin.org.pl

in alpibus *Zelemin et Pikuj* (sociis: * 4, 5, 7, 10, 73,—78½, 448, 808, 973, 665, 664, 541, 618, 808, 710, 617, 606, 556, ceterum vide 17 etc.) autem mense Julio.

*Secus per universam Europam, maximam Asiae et borealis Africae partem; in Insulis Canariis, in Japonia montibusque Himalaicis.*

## Hypermnestra *Heyden.*

**3. Mnemosyne** *L. OT. I. 139*; *HS. I. 146*; *H. 398.* Unicum exemplar (comitibus: 112, 887, 1019, 539, 530, 383, 336, 326, 302, 300, 303, 255, 295 etc.) Junio 1859 in *Cetnerówka Leopoli.* Testantibus autem antiquioribus lepidopteris farraginibus Mn. circa *Leopolim* vulgaris quondam fuisse videtur. Non possum hodie testificari, utrum nimia captura jam exstincta aut rarissima facta sit, an aliis de causis fortuito tantum hoc anno abfuerit. Circa *Samboriam* nullibi reperitur.

*Per magnam Europae partem et Asiam confinem; in Finlandia, montibus Pyraeneis, Asia minore et ad mare Caspium. In boreali — occid. Europae parte non occurrit. In Rossia meridionali planities, in Germania montosa incolit.*

**H. Apollinem**, qui in montibus Carpathicis volitare dicitur et jam aliquoties a pluribus est observatus, mihi invenire non contigit, propterea eum in Enumeratione collocare dubitavi.

# Pierides *B.*

## Pieris *Schrank.*

**4. Brassicae** *L. OT. I 144*; *HS. I. 96*; *H. 401 — 403.* Pervagatur copiosus anno fere toto culta, prata aliaque loca terr. cuncti usque ad alpes (*Pikuj*, *Rabka*, *Zel. et Par.*), ubi vividus et in pulcherrimis exempl. ultro citroque per auras volitavit Julio.

*In cuncta Europa (excepto summo sept.), magna porro Asiae parte et in sept. Africa; ex Norvegia usque ad Aegyptum et Nepaliam, ex Iberia et Britannia usque ad Japoniam.*

---

*) *Praeter g. distrib. data occasione circa singulas species ceteros quoque eodem excursu in aliqua regione lectos papiliones enumeravi, quod additamentum pone adjectam locorum natalium adumbrationem nonnullis lectoribus gratum fore opinor. Sane mihi objicient, me in enumerandis consociis pro nominibus usum esse numeris talique modo prospectum difficilem reddidisse. Hoc momento excuset me necessitas quacumque ratione impensis typographicis parcendi.*

http://rcin.org.pl

**5. Napi** *L. OT. I. 149*; *HS. I. 96*; *H. 406*. Hic valent eadem dicta, quorum supra mentionem feci.

*Secus per (universam?) Europam, Sibiriam et Orientem; ex Lapponia usque ad Italiam, ex Anglia usque ad Altaium et Caucasum.*

**6. Daplidice** *L. OT. I. 156*; *HS. I. 98*; *H 414. 415. 777. 778.* Volitat plus minusve frequens in planitierum pratis etc. circa St., S., et Br.; in collinis circa *Czaple*, *Stup. et D.*; denique in montosorum vallibus *Kam. et Z. P. circa Wołcze*. In his ulterioribus regionibus, quas 24. Julii turbida perlustravi tempestate, legi sequentia lepidoptera: 4, 5, 12, 35, 68, 73.—78$^1/_2$, 83, 92, 93, 104, 298, 277, 322, 333, 394, 397, 413, 431, 448, 454, 491, 547, 560, 565, 583, 588, 599, 617, 647, 656, 659, 662, 676, 677, 702, 705, 706, 727, 728, 757, 766, 778, 779, 781, 783, 788, 797, 798, 800, 819, 820, 847, 857, 859, 873, 877, 902, 947, 948, 961, 966, 1000, 1020, 1050, 1055, 1058, 1061, 1065, 1068, 1106, 1145 — 1147, 1149, 1154, 1162, 1163, 1165. — 1167, 1206, 1211, 1260, 1282, 1308, 1336, 1346.

*In cuncta Europa (excepto summo sept.), in maxima Asiae parte, in boreali et merid. Africa.*

**7. Crataegi** *L. OT. I. 142*; *HS. I. 95*; *H. 399. 400.* Ubique locorum Junio — Aug., sed plerumque solitatim. Reperitur a pl. in subalpina usque, sic e. g. in alpe *Pikuj*, ubi 26. Julii (una cum 566 etc.) in declivibus sept. pluria spec. vidi volitantia. Anno 1856 plus quam sexagies in diversas excucurri regiones, sed nusquam Crat. observare mihi contigit.

*Habitat in universa fere Europa, in Sibiria et in Oriente; a Lapponia ad Hispaniam merid. et ex Anglia usque ad Altaium.*

**8. Rapae** *L. OT. I. 146*; *HS. I. 96*; *H. 404. 405.* *Samboriae* in horto olitorio, deinde in agris Trifolio consitis pone coll. silvam *R. g.* reperi Junio 1854 pluria specimina mixtim cum 4, 5 etc. Nunc pro certo dicere non possum, utrum R. universe rarior sit in Halicia, an localiter tantum vigeat.

*Similiter distributus ac Brassicae, praeter id, quod Petropoli deesse videtur, usque ad Lapponiam adest.*

## Anthocharis *B.*

**9. Cardamines** *L. OT. I. 165*; *HS. I. 101*; *H. 424. 425. 791. 792.* Vagatur Majo ubique in pratis, nemoribus silvati-

http://rcin.org.pl

cisque, sed solitatim. A pl. usque ad montanas regiones (*Magóra*). Feminae difficillime inveniuntur.

*In universa Europa Asiaque occid.; ex Lapponia usque ad insulam Cyprum ex Hispania Britanniaquae ad Altaium usque.*

## Leucophasia *Steph.*

**10. Sinapis** *L. OT. I. 169*; *HS. I. 95*; *H. 410. 411.* Volitat copiose socialiterque per totum annum cunctumque terr. in alpes usque, sic e. g. *Rabka*, *Pikuj*, ubi sub finem Julii aderant et 2. 4. 5. 7. 73 — 78½, 556. etc.

*In cuncta Europa (exceptis regionibus arcticis), in Asia boreali et in Oriente; ab Anglia Hispaniaque usque ad Pekingum Sinensem.*

## Colias *Fabr.*

**11. Edusa** *Fabr. OT. I. 173*; *HS. I. 105*; *H. 429—431.* Pervolat Julio et Aug. prata, segetes, vervacta etc. terr. cuncti in montosa usque, scilicet: *W.*, *Mag.* etc. Ubivis plerumque infrequens.

*Degit in Europa media et australi, occid. Asia, boreali et merid. Africa, imo in America boreali. Ditiones igitur callidas et temperatas incolit, fugit frigidas.*

**12. Hyale** *L. OT. I. 181*; *HS. I. 104*; *H. 438. 439.* Multo frequentior priore vulgarisque ab Julio ad finem Oct. in pratis, pascuis incultisque a pl. usque ad montosa (circiter 3400 p. v. elata) omnium a me hucusque perlustratorum locorum. In reg. alpestribus nec H. nec Edusa mihi unquam obvii fuerunt.

*Inhabitat maximam orbis antiqui partem; a Petropoli Rossiae usque ad Nubiam Africae et Nepaliam Indiae, imo in promontorio bonae spei.*

## Rhodocera *B.*

**13. Rhamni** *L. OT. I. 186*; *HS. I. 106*; *H. 442 — 444.* Per omne territorium vulgaris Martio — Oct. a planitie usque ad ditionum alpestrium valles 2000 — 3000 p. v. elatas.

*In universa Europa magna Asiae parte, et in Africa sept.; in insulis Canariis, montibus Himalaicis — imo in California.*

# Lycaenoidae *B.*

## Thecla *Fabr.*

**14. Betulae** *L. OT. I. 113*; *HS. I. 137*; *H. 383 — 385.* Singula spec. reperi in *Samboriae* pomario, in nemore betulineo circiter

http://rcin.org.pl

2500 p. v. elatorum montosorum circa *Bryłików* (Augusto) et in campestribus ad betuleti *Zubrze* marginem (29. Sept.).

*In Europa media, Asiaque contermina; ab Anglia usque ad Altaium, ex Christiania usque ad Pedemontium.*

**15. Pruni** *L. OT. I. 111*; *HS. I. 136*; *H. 386. 387.* In apricis inter frutices coll. querceti *Pawłówka* legi Junio 1854 semel aliquot exemplaria una cum **54. 1291. 42. 159. 543. 654.** etc. Aliis locis frustra eum quaesivi.

*Europaeus est, praecipue in medio continente et in Asia boreali; ab Anglia usque de Altaium, ex Livonia usque ad Italiam borealem.*

**16. Ilicis** Esp. „Subtus maculis marginalibus rufis" *OT. I. 105*; *HS. I. 136*; *H. 378. 379. 863 — 866.* Volitat solitarie in collinorum fruticosorum *M. k. i b.* apricis (una cum **1195** etc.); frequentius in pineti *R.* excisis (sociis : **87, 69, 30, 20, 39, 38, 36, 40, 548 719** ceterum **998** etc.) et in coll. silvaticis *H.* prope *L.* Julio.

*Per omnem fere mediam et aust. Europam, Orientemque; in Scandinavia merid., in Livonia, Uralo, et Caucaso. Angliae deest.*

**17. Spini** *SV.* „Subtus lunulis marginalibus fulvis maculaque anali coerulescente". *OT. I. 103*; *HS. I. 136*; *H. 376. 377. 692. 693.* Exemplar unum, quod in collectione habeo, reperi **26.** Julii in primaevo fageto alpestris montis *Huśla*; vagabatur ibidem in prato non procul a Fagi termino (3550 p. v. Łob.) in societate specierum : **43. 49. 73 — 77. 81. 82. 84. 104. 132. 495. 536. 583. 597. 604. 668. 702. 766, 991. 999. 1196.** ceterum vide **556** etc.

*Inhabitat Europam mediam australemque, Orientem, et universam Asiam temperatam usque ad Pekingum. Angliae et Europae boreali deest.*

**18. Quercus** *L. OT. I. 96*; *HS. I. 137*; *H. 368 - 370.* Exemplar primum (comitibus **85** etc.) ad marg. coll. querceti *R. g.* 14. Aug., secundum (sociis **258** etc.) ibidem in pratulo uliginoso 19. Julii, tertium item Augusto (simul cum **14**) in montosis pagi *Bryłików* ad marg. pineti solidi loco circiter 2800 p. v. elato.

*Per Europam mediam; ex Anglia usque ad Uralum, ab Stokholmia usque ad Sardiniam.*

**19. Rubi** *L. OT. I. 91*; *HS. I. 135*; *H. 364. 365. 786.* Degit in coll. pratis silvaticis circa *R. g.* et *L.*, deinde in collinorum fruticosis pratisque subsilvaticis *M. k. i b. d.* (vide **1195**). Majo — Iulio. Ubivis satis frequens.

*In cuncta Europa, Asia occid. et Africa boreali; a Lapponia usque ad Algerium Persiamque, orientem versus usque ad Altaium.*

http://rcin.org.pl

## Polyommatus *Latr.*

**20. Virgaureae** *L. OT. I. 85*; *HS. I. 134*; *H. 349 — 351. 884 — 887.* Hucusque semel 3. Julii in apricis floridisque ad marg. campestris pineti *R.* exempl. duo una cum: 40, 30, 998 etc. Circa *Samboriam* Virg. necubi reperitur, ceterum eum paucis tantum in Haliciae regionibus vigere puto.

*In Europa et Asia boreali; hic mont. Pyraeneis terminatur, illinc Pekingo.*

**21. Chryseis** *SV.* (Eurydice Hufgl.) *OT. I. 79*; *HS. I. 132*; *H. 335. 337. 338.* Frequens toto Junio per omne terr. coll. et in promontoriis ad 1600 p. v. elatis, praecipue in humidis pratis: *St. w ł., P. L., Bł., Moczar, Max.*, nec non ubivis circa *Leopolim.* Femina erariores esse videntur, nam difficulter inveniuntur.

*In maxima Europae parte Asiaque occid.; ab Anglia usque ad Altaium.*

**22. Hippothoë** *L. OT. I. 83*; *HS. I. 133*; *H. 353 — 354.* In apricis coll. quercetorum circa *Łuk., R. g.* (sociis 258. etc.) et *Lis* (hoc loco comitibus 945 etc.) singula specimina Julio.

*Per Eur. mediam et Asiam temperatam; ab Anglia usque ad Pekingum, in Eur. boreali deest, in merid. usque ad Hetruriam adest.*

**23. Hipponoë** Esp. (Alciphron Rott.) *OT. I. 76*; *HS. I. 132*; *H. 356 — 359.* Sat frequens Junio circa *R. g.* in herbosis coll. silvarum marginibus pratisque *Moczar, P. L. et Bł.*, deinde in locis similibus inter *L. et Wi.* sub finem Maji.

*In Eur. media Asiaque occid. a Francia usque ad Altaium; in Europaeo meridie latere merid. Alpium terminatur, in sept. litore Baltico. Britanniae, Holl., Belgio et Parisiis deest.*

**24. Circe** *SV.* (Dorilis Hufgl.) *OT. I. 70*; *HS. I. 131*; *H. 334 — 336.* Per sex annos semel unum marem in margine florido coll. silvae *R. g.* Circa *L.* est Circe in pratis et silvaticis frequentior quidem, sed etiam solitaria Majo.

*In Eur. media et australi, Sibiria et in Oriente; a Parisiis usque ad Altaium, in Italia media et in Syria; in septemtrione litore Baltico terminatur. In Anglia non occurrit.*

**25. Phlaeas** *L. OT. I. 87*; *HS. I. 134*; *H. 362. 363.* In silvaticis pratisque cuncti terr. coll. promontoriorumque, deinde (sociis: 775 etc.) in silvigero monte *Magóra.* Volitat primum Majo Junioque tum Octobri; necubi multus.

*Per universam Europam, ditionem Mediterraneam, Asiae et Americae borealis partem. A Lapp. usque ad ins. Canarias, ex hinc usque ad m. Himalaicos et Pekingum Sinensem. In nova Scotia, Novoboraco et Baltimore Americae borealis.*

http://rcin.org.pl

## Lycaena *Fabr.*

**26. Amyntas** *SV.* (Tiresias Hufgl.) *OT. I. 59*; *HS. I. 129*; *H. 322 — 324.* Vulgaris in lucidis coll. silvaticorum pratisque floridis circa *S. et L.* sub finem Maji et Junio. Anno 1856 reperi semel unam feminam 14. Aug. in querceto *R. g.*

Var. Polysperchon Bergst. Vernea, ut dicunt, Tiresiae generatio. OT. I. 61; H. 319 — 321. Reperitur iisdem ac prior locis frequenterque Majo ad medium Junium.

*Per Eur. mediam australemque, universam Asiam temperatam et Amer. bor. litora occid. A Parisiis usque ad Pekingum. In sept. Europaeo terminatur Casano litoribusque Balticis, in meridie Corsica. In montibus Himalaicis adest. In Brit. Holl. et Holsatia non reperitur.*

**27. Acis** *SV. OT. I. 14*; *HS. I. 116*; *H. 269 — 271.* Vulgaris usque ad promontoria (circiter 1600 p. v. alta) ubique in pratis silvaticis et foenariis circuli *Samboriensis* et *Stryensis*; praeterea circa *L.* (comitibus 945 etc.) et J. (hoc loco sociis: 1309, 998 etc.). Junio initioque Julii.

*Ubivis fere in Eur. et Asia contermina: ex Lapp. usque ad Siciliam et ab Anglia usque ad Altaium.*

**28. Cyllarus** *Fabr. OT. I. 12*; *HS. I. 115*; *H. 266 — 268.* Vulgaris Junio in collinorum lucidis silvaticis pratisque apertis circa *S.*, *L.*, *et J.* (hic una cum 1309 etc.).

*Inquilinus maximae Europae partis Orientisque; a Christiania Petropolique usque ad Siciliam et Cyprum, a Parisiis usque ad Uralum et Caucasum. In Brit., Holl. Belgioque non provenit.*

**29. Hylas** *SV. OT. I. 63*; *HS. I. 119*; *H. 325—327.* In floridis ad marginem campestris pincti *R.* reperi semel 12. Junii unum marem comitibus: 1309 etc.

*Degit in Eur. media, ditionibus Mediter. et in Sibiria; a litoribus Balticis usque ad Algerium Syriamque, a Parisiis Altaium usque. Britanniae deest.*

**30. Battus** *SV. OT. I. 64*; *HS. I. 119*; *H. 328—330. 801. 802.* Habitat eodem ac prior loco, ubi 3. Julii obvia mihi fuerunt exemplaria 4 una cum: 666, 704, 998 etc. In Halicia raris adnumerandus est papilionibus.

*In Europa et Asia; ubivis sporadicus. Ex Stockholmia usque ad Corsicam, a Provincia Galliae usque ad Pekingum. In boreali — occid. Europa non invenitur.*

**31. Aegon** *SV. OT. I. 57*; *HS. I. 127*; *H. 313 — 315.* In apricis fruticetorum 1309 p. v. elati collis *Cz. sk.* semel feminam unam 18. Maji simul cum: 50, 107, 689, 716, 1095 etc.

http://rcin.org.pl

*Per cunctam Eur. et in Asia minore: ex arcticis regionibus Scand. usque ad Vandalitiam et ab hinc usque ad Uralum mareque Hyrcanum.*

**32. Argus** *L. OT. I. 52; HS. I. 127; H. 316—318.* In silvaticis *R. g.* reperi per sex annos semel unum marem 25. Maji. Circa *L.* et prope *J.* (hic sociis 1309 etc.) volitat Argus ubique frequens in apricis silvaticorumque herbosis. Junio.

*Incolit Europam (exceptis regionibus bor. trans Petropolim,) Scand., insulasque Britannicas. Et in Asia minore adest, quoque ad Pekingum.*

**33. Chiron** *Hufgl.* (*Eumedon Esp.*). „Subtus vitta alba, a macula media inter ocellos 3 et 4 ad marginales maculas fulvas tendente." *OT I. 48; HS. I. 123; H. 301, 302, 700, 701.* Volitat in apricis collinorum frutectorum Julio. Duo spec. reperi (sociis 908 etc.) in querceto *P.*, tertium (una cum 1195 etc.) in fruticosis *M. k. i. b. d.*, quartum denique in silvaticis ad pedem monticuli *Cz. sk.* (hoc loco simul cum 945 etc).

*Per Eur. mediam et austr. Asiamque conterminam. Ex Christiania usque ad Neapolim, ab Arvernia Galliae usque ad Altaium. Britanniae, Hollandiae et Belgio deest.*

**34. Erebus** *Knoch* (*Arcas Hufgl.*) „Infra profunde fuscus, disco maris ad late nigrum limbum coerulescenti; subtus fuscus striga parvorum ocellorum" *OT. I. 10; HS. I. 117; H. 260—262.* Per omnes annos semel unum marem 18. Julii (socio 37) in apricis fruticetorum coll. querceti *P. in Czaple.*

*In Europa media et Sibiria; a Divione Galliae usque ad m. Altaicos, citra Alpes solummodo usque ad Carniolam. In Anglia, Hollandia, Belgio et Gallia boreali non occurrit.*

**35. Icarus** *Hufgl.* (*Alexis SV.*) *OT. I. 31; HS. I. 120; H. 292—294.* Ubique locorum frequens Majo — Aug. in cuncti terr. pratis silvaticisque a pl. usque ad montanas valles 1500 ad 2000 p. v. elatas.

*Per omnem Europam, Africam sept. et Asiam occid. A regionibus arcticis usque ad ins. Canarias, Altaium et Indiam occidentalem.*

**36. Argestes** *Bergst.* (*Dorylas SV*). *OT. I. 31; HS. I. 123; H. 289—291.* In fruticosis coll. querceti *P.* (una cum: 908) floridoque margine pineti *R.* (sociis 998 etc.) singula spec. Julio.

*In Europa et Asia minore: a Petropoli ad Vandalitiam usque. Brit., Holl., et conterminae Germ. deest. Ad Wolgam plane non provenit.*

**37. Adonis** *SV. OT. I. 33; HS. I. 121; H. 295—297, 645, 646, 698, 699.* Hucusque semel unicum marem 18. Junii in

http://rcin.org.pl

apricis frutectorum in exciso coll. querceto *Pawłówka* una cum: 10, 34, 83, 93, 92, 429, 438, 509. etc.

*A Christiania usque ad Granatum Iberiae, in provinciis Transcaucasicis quoque, secus in boreali — occid. et boreali — orient. plagis Europae solummodo sporadice.*

**38. Corydon** *Scop. OT. I. 28; HS. I. 121; H. 286—288.* Semel unam feminam 3. Julii in campestris pineti *R.* florido margine sociis: 30, 39, 40, 511, 998, etc.

*In Europa med. et mer. et in Oriente; a Gedano et Livonia usque ad Vandalitiam.*

**39. Daphnis** *SV. OT. I. 22; HS. I. 118; H. 280—282.* Hucusque unum par cum priore, ceterum: 40, 998. etc.

*Per Eur. mediam et merid. et in Oriente adest. A Gallia usque ad Uralum, in Italia merid. et in Syria. In sept. usque ad Casanum.*

**40. Alsus** *SV. OT. I. 22; HS. I. 117; H. 278. 279.* Duo exemplaria 3. Julii in floridis silvarum marginibus ditionis campestri — collinae *Janow*; sociis: 16, 20, 30, 36, 38, 39, 40, 65, 87, 193, 481, 494, 470, 457, 458, 430, 424, 408, 403, 444, 511, 558, 658, 666, 673, 699, 704, 760, 762, 784, 793, 794, 806, 885, 927, 952, 946—949, 958, ceterum vide 998. etc.

*In Europa Asiaque contermina usque ad Altaium.*

**41. Argiolus** *L. OT. I. 17; HS. I. 113; H. 272—274.* Vulgaris in omnibus pratis, silvaticis, memoribus, prosilviisque per omne terr. usque ad promontoria circiter 2500 p. v. elata. Majo Junioque.

*Inhabitat cunctam fere Europam exceptis regionibus maxime borealibus; in Sibiria, regione Mediterranea, mont. Himalaicis et in America boreali.*

**42. Alcon** *SV.* (*Diomedes Hufgl.*) *OT. I. 7; HS. I. 117; H. 263—265.* Pluria spec. Junio inter virgulta coll. querceti *P.* (sociis: 1291, 654, 543, 159 etc.) et in pratulis subsilvaticis prope *Janow* (hoc loco comitibus 1309 etc.).

*Per mediam et austr. Europam confinesque Asiaticas plagas; a merid. provinciis Scandinaviae mediaque Wolga usque ad gradum lat. Corsicae Caucasumque, a meditulio Galliae ad Altaium usque.*

**43. Arion** *L. OT. I. 4; HS. I. 118; H. 254—256.* Volitat sat multus Julio et Aug. per cuncti terr. silvatica prataque a pl. usque ad alpestres regiones. In Beskidorum silvigero monte *Hušla*



http://rcin.org.pl

inveni eum (sociis 17 etc.) in prato intersilvatico circiter 300 p. v. sub Fagi termino.

*In Europa media et australi, Asia minore, Sibiriaque; ex merid. Suecia usque ad merid. Italiam et austro — occid. litora maris Caspii, a montibus Pyraeneis Angliaque usque ad Altaium.*

## Ericinides *B.*

### Nemeobius *Steph.*

**44. Lucina** *L. OT. I. 50*; *HS. I. 92*; *H. 21, 22.* Vagatur quotannis et ubivis solitaria in coll. silvaticis circa *L.*, *R. g.* et in frutectosis *Sabaryna* Majo initioque Junii.

*In occid. et media Europa; in orientali Europa terminatur linea ducta ab Upsalia Sueciae usque ad ostium fluminis Dniester. Praeter Bessarabiam nusquam alibi in Rossia reperitur.*

## Nymphalides *B.*

### Apatura *Fabr.*

**45. Iris** *L. OT. I. 154*; *HS. I. 44*; *H. 117. 118. 584.*
**46. Ilia** *SV. OT. I. 160*; *HS. I. 45*; *H. 115. 116.*
**V. Clytie** *H. 113. 114.*

Vulgares Junio Julioque circa *L.* et *S.* in ditionum coll. pagis, urbibus, ad vias praecipue Salicibus exornatas, nec non in frond. prosilviis. Extremis tribus annis nullo loco mihi obvii fuerunt, excepta una Ilia in plantario Salicum suburbii *Samboriensis*, ubi interdum species ambae cum varietatibus inveniuntur frequentissimae.

*Iris inhabitat mediam Europam; ex Italia media usque ad Livoniam, ab Anglia usque ad austr. Uralum. — Ilia viget in media et australi Europa borealique Asia; a Livonia usque ad Liguriam Syriamque, a Parisiis per Caucasum Sibiriamque usque ad Pekingum et insulas Japonicas.*

### Limenitis *Fabr.*

**47. Populi** *L. OT. I. 145*; *HS. I. 43*; *H. 108—110.* Vagatur Junio initioque Julii in cuncti terr. silvaticis a pl. usque ad elatiora promontoria; praeterea obvius mihi fuit Pop. in montosis, circiter 3000 p. v. elatis, prope pagum *Brylików* Augusto (una cum: 14 et 18). Est in universum non multus; anno 1855 autem in coll. silvis frond. *R. g.* et *Czaple* ingenti numero apparuit.

http://rcin.org.pl

**Var.** Tremulae *Esp.* volitat mixtim cum specie normali reperiturque satis frequenter.

*In Europa media; a Christiania Norvegiae et Petropoli Rossiae usque ad Toscanam, a Parisiis usque ad Uralum. Angliae, Holl., et boreali — occid. Germaniae deest.*

**48. Sybilla** *SV. OT. I. 139; HS. I. 43; H. 103—105.* „*Subtus serie duplici punctorum nigrorum marginalium.*“ Alterum exemplar ad meam collectionem praebuit mihi chrysalis inventa *Samboriae* in Evonymo europaeo (vide 321), alterum frutectum 1000 ultra p. v. elatorum collinorum *Zapole.* Julio.

*In temperata Europa; a Balticis litoribus usque ad Calabriam et provincias Transcaucasicas, ex Anglia usque ad Uralum.*

**49. Lucilla** *SV. OT. I. 138; HS. I. 43; H. 101. 102.* Unicum exemplar, quod possideo, cepi 26. Julii (una cum 17 etc.) in prato circa 3100 p. v. elato in montis *Huśla* fageto.

*Per Asiam mediam et Europam orientalem; a Ticino Helvetiae per Silesiam usque ad Casanum, a Pedemontio usque ad Pekingum Sinensem. In Urali promontoriis, in Casano et in Altaio.*

**50. Aceris** *Fabr. OT. I. 136; HS. I. 42; H. 99. 100.* Sat frequens in apricis silvaticis collinorum inter *Leopolim* et *Winniki*, praecipue autem in monticulo *Cz. sk.* Solitarie invenitur A. ceterum et ad frod. silvarum margines prope *H.* Sub finem Maji Junioque. Circa *Samboriam* Aceris similiter ac multi alii papiliones nullibi reperitur, verisimiliter ob frigidius clima harum subcarpathicarum regionum.

*In orientali Europa et merid. Asia. Bruna, Salisburgum, Carniola, Illyria Casanum, merid. Rossia, Transsylvania, Quinquae Ecclesiae, Obrovazzo in Dalmatia, Pekingum, Cashmir, montes Himalaici, Java.*

## Melitaea *Fabr.*

**51. Dictynna** *Esp. OT. I. 42; HS. I. 24; H. 15. 16.* Satis frequens Junio circa *L.* et *R. g.* (vide 1014) in coll. pratis humidis, fruticosis, silvarumque excisis.

*In Europa media Sibiriaque; a Parisiis ad Altaium usque, ex merid. Scandinavia usque ad Italiam borealem et Bessarabiam. In Uralo, Casano, et ad inferiorem Wolgam. Hollandiae et Brit. deest.*

**52. Athalia** *Esp. OT. I. 44; HS. I. 23; H. 17. 18.* In apricis pratisque silvaticis vulgatissima Majo — Julio per omne terr. a planitie usque ad elatiora promontoria, e. g. *Urycz* 2958 p. v. (Kbg.) elata.

http://rcin.org.pl

*In cuncta fere Europa Asiaque anteriore; a Sicilia usque ad Japoniam merid., ab Hispania usque ad Sibiriam.*

**53. Artemis** *SV OT. I. 24; HS. I. 22; H. 4—6.* Sat frequens sub finem Maji atque Junio in apricis herbosisque ad vias coll. silvarum *Lw., Zap.* et *Wozn.* In promontoriis *Spas*, circiter 1400 p. v. elatis, obvia mihi fuerunt praeterea pluria specimina, quae prima vesperi Rhopalocerorum more variis plantis quieta insidebant. Localiter tantum in Halicia provenire videtur.

*Per cunctam Europam (exceptis reg. arcticis), per Orientem, Sibiriam et bor. Africam; ab Anglia et Portugalia (?) usque ad Altaium et lacum Baikalicusem. In Uralo, provincia Orenburg, Casano Caucasoque. Norvegiae deest.*

**54. Maturna** *L. OT. I. 18; HS. I. 20; H. 12.* In apricis frutectosisque declivibus querceti *P.* reperi exempl. duo 3. Junii (sociis 99. etc.), tertium in depresso pratulo humido item coll. querceti *R. g.* 12. Junii (hic simul cum: 1, 13, 21, 27, 32, 35, 51, 53, 59, 80, 91, 102, 105, 1014. etc.).

*In maxima Europae mediae parte et in Sibiria; ex Italia boreali usque ad Petropolim et Sueciam maxime australem, a Parisiis ad Altaium usque. Britanniae, Holl., Daniae et Norvegiae deest. Ubicis sporadica.*

**55. Cinxia** *L. OT. I. 27; HS. I 25; H. 78.* Volitavit copiosa 12. Junii in tractus campestri — collini *Janow* herbidis pratulis soli expositis ad marginem pineti *R.* (comitibus: 1309 etc.) Ceterum nunquam et necubi in Halicia mihi obvia fuit.

*In Europa (exceptis summis septemtrionaliis), in Oriente Sibiriaque; ex Anglia usque ad Uralum imo Altaium, a Christiania usque ad Italiam bor. et Caucasum.*

**56. Phoebe** *SV. OT. I. 3; HS. I. 24; H. 13, 14.* Exemplar unicum cum priore. Paucis locis in Halicia provenire videtur.

*In austr. et orient. Europa magnaque Asiae parte; a Portugalia usque ad Pekingum, a Livonia usque ad Italiam merid. et Siciliam. In insula Cypro, Asia minori et Altaio.*

**57. Didyma** *Fabr. OT. I. 30; HS. I. 26; H. 9, 10, 773, 774, 969, 970.* Volitat gregatim initio Julii (comitibus: 130, 945. etc.) in apricis coll. silvarum inter *L.* et *Wi.*, praecipue in colle *Cz. sk.* Solitariam inveni Did. ceterum in pratulis subsilvaticis prope *Janow* (una cum 1309, 998. etc.) Circa *Samboriam* nullibi reperitur similiter ac 55, 56, 90. etc.

*In Europa Asiaque; ex Hispania usque ad Pekingum, a Casano et Regiomonto usque ad Algerium et Syriam. In Asia minori, provinciis Transcaucasicis, in Ararato et Altaio.*

http://rcin.org.pl

**58. Parthenie** *Bork.* (*Aurelia Nick.*) *OT. I. 48*; *HS. I. 23*; *H. 19. 20.* In floridis pratulis subsilvaticis secundum coll. betuletum *Lwowiec* inveni 25. Junii 1854. tria exempl. in varietatibus (simul cum: 91, 96, 632, 838, 866, 938, 1270, 1205. etc.).

*In media orientalique Europa et cuncta Asia boreali ad Kamtschatkam usque. Potissime ad Wolgam et in Sibiria. A Casano usque ad litora Ponti Euxini.*

## Argynnis *Fabr.*

**59. Selene** *SV. OT. I. 55*; *HS. I. 33*; *H 26. 27.* Vulgata Majo — Junio in pratulis siccis et humidiusculis, fruticetis silvisque frondosis omnium collinarum ditionum promontoriorumque, quae ad id tempus perscrutatus sum.

*Per cunctam Europam et in Asia boreali; a Lapponia usque ad Calabriam et ex Anglia ad Altaium usque.*

**60. Euphrosyne** *L. OT. I. 58*; *HS. I. 33*; *H. 28—30.* Circa *S.* per omnes annos unicum spec. in betuleti *Lwowiec* excisis. Estne Eu. fortuito ventis huc rejecta, an fiunt faunae locales interjectis annis partim aliae? Circa *L.* reperitur Eu. frequentius in pratulis apricisque silvarum *Winniki* versus, vulgate autem in monticulo *Cz. sk.* Majo.

*Itidem ac Selene, nisi quod in Asia boreali flumine Jeniscio terminetur.*

**61. Dia** *L. OT. I. 61*; *HS. I. 32*; *H 31—33.* Circa *R. g.* semel spec. unum 5. Junii in fruticosis betuleti *Lw.* (vide 1300). Circa *Leopolim* frequentior in apricis silvaticorum *Winniki* versus; Majo et Junio.

*A Livonia usque ad Italiam borealem provinciasque Transcaucasicas, a Parisiis usque ad Altajum. In Grönlandia (?).*

**62. Pandora** *SV. OT. I 99*; *HS. I. 29*; *H. 71, 72, 606, 607.* Anno 1853 reperi mense Julio exemplaria duo (sociis: 45, 46, 48, 78, 321, etc.) ad rivulum in plantario salicum suburbii *Samboriensis.* Ex eo tempore Pand. *Samboriae* jam nunquam mihi apparuit. Unum exemplar praebuit mihi ceterum anno 1851 et mixta silvula in agro campestri — podolico haud procul a *Tarnopoli.* Exceptis his duobus locis *P.* nullibi mihi obvia fuit.

*In ditionibus Mediterraneis et in australi Europa; ab insulis Canariis usque ad Syriam mareque Caspium. In Halicia similiter ac Brunae in Moravia Pandora jam jam in limite septentrionali territorii sui apparere videtur.*

**63. Hecate** *SV. OT. I. 67*; *HS. I. 31*; *H. 42—44.* Speciem hanc reperi semel 16. Junii 1856 tribus speciminibus (sociis

http://rcin.org.pl

1014 etc.) in coll. betuleti *Lwowiec* excisis. Annis sequentibus *H.* hoc loco et alibi frustra quaesivi.

*In Europa merid. et in Asia anteriore; a Casano usque ad Caucasum, a Provincia Galliae usque ad Altaium.*

**64. Ino** *Esp. OT. I. 69*; *HS. I. 31*; *H. 40, 41.* In pratis silvisque frond. circa *R. g.* rarissima Junio; gregatim autem (comitibus 98 ceterum 1195 etc.) 2. Julii in prato humido *Stawki w łuhu* penes quercetum *Łuk* in *Rak.* Anno 1859 Inonem circa *Leopolim* non conspexi.

*In maxima Europae parte, in Oriente, Asiaque boreali; ex Lapponia usque ad Liguriam et Syriam, a Gallia usque ad Kamtschatkam. Britanniae, Holl., Daniae et boreali-occid. Germaniae deest.*

**65. Daphne** *SV. OT. I. 72*; *HS. I. 31*; *H. 45, 46.* Hucusque reperi semel tantum 3. Julii in pratulis herbidis ad marginem campestris pineti *Romanówka* quatuor specimina (sociis: 16, 20, 27, 30, 35, 36, 38 — 40, 43, 57, 67 — 69, 71, 87, 92, 93, 95. ceterum vide 998).

*In Europa australi et orientali et in Asia minore; ex Gallia merid. usque ad Uralum et Caucasum, a Casano et Regiomonto usque ad Italiam inferiorem.*

**66. Latonia** *L. OT. I. 80*; *HS. I. 29*; *H. 59. 60.* A planitie in humiliora montosa usque ubique locorum per cunctum terr. frequens Aprili, Majo Augustoque.

*In Europa et magna Asiae parte; ab ins. Canariis usque ad Lapponiam, orientem versus ad Altaium montesque Himalaicos usque.*

**67. Aglaja** *L. OT. I. 91*; *HS. I. 37*; *H. 65, 66.* Vulgaris in silvaticis pratisque per omne terr. usque ad altiora promontoria et inferiores Fagi regiones. Majo — Sept.

*In cuncta Europa, Sibiria, Asiaque minore: a Lapponia usque ad Calabriam et ab Anglia usque ad Altaium. Ad mare Caspium.*

**68. Niobe** *L. OT. I. 83*; *HS. I. 36*; *H. 61, 62, 961, 962.* Frequens circa *Stup.* (sociis 748 etc.), *Janow* (cum posteriore etc.), et in mont. vallium pratis circa *Wołcze* (sociis: 6 etc.) Variat magnopere. Julio et Augusto.

*In Europa, Sibiria, Orienteque; a Lapponia usque ad Vandalitiam Syriamque, et ab Hispania Hollandiaque in Altaium usque. Slesvico, Holsatiae, Britanniae, Parisiisque deest.*

**69. Adippe** *SV. OT. I. 88*; *HS. I. 37*; *H. 63, 64, 859, 860, 888, 889.* Alterum exemplar inter segetes collinorum *Saba-*

http://rcin.org.pl

*ryna* (cum priore) in *Stupnica*, alterum prope *Janow* in humido prato *Maxymówka* (vide 998).

*In cuncta Europa et per magnam Asiae partem; ex Lapponia usque ad merid. Europam, ab Hispania Britanniaque ad Pekingum Sinorum usque.*

**70. Laodice** *Esp. OT. I. 95*; *HS. I. 30*; *H. 67. 68.* Volitat Junio in coll. silvaticis inter *Leopolim* et *Winniki*, praecipue autem in apricis silvigeri monticuli *Czartowska skała*, 1304 p. v. (Kbg.) elati. Nonnullis annis est Laodice satis frequens (1854), aliis penitus deest (1859).

*In Europa media ab occidente Vistula terminatur, in septemtrione Livonia, in meridie Chersoneso Taurica, orientem versus usque ad Pekingum Sinorum. Loca in Europa maxime occidentalia sunt Regiomontum, Urbs Drusiana, Thorunumque ad Vistulam.*

**71. Paphia** *L. OT. I. 96*; *HS. I. 30*; *H. 69. 70.* Communis Junio — Aug. in lucidis marginibusque silvarum per universum terr. usque ad montosa, circiter 3000 p. v. elata. Apparet interdum similiter ac multi alii papiliones ingenti numero, ita e. g. anno 1855, quando acervatim praecipue in fossarum floridis juxta silvarum *Czaple* margines vagabatur; annis sequentibus fere penitus in hisce regionibus deerat.

*In cuncta fere Europa et finitima Asia, a Lapponia usque ad Calabriam, ex Anglia usque ad Altaium et Araratum.*

## Vanessa *Fabr.*

**72. Prorsa** *L. OT. I. 129*; *HS. I. 41*; *H. 94—96, 728, 729.* Julio et Aug. localiter in silvis frond. a planitie usque ad montosa circiter 2600 p. v. elata. Quotannis infrequens.

**Var.** Levana *L.* Vernalis Prorsae generatio. *OT. I. 182*; *HS. I. 41*; *H. 87. 98.* In coll. silvaticis eorumque pratis Majo circa *R. g.*, *Stup.* et *L.* Ubivis solitaria dispersaque.

*In Europa media confineque Asia; a Parisiis usque ad Altaium, a Livonia et litoribus Balticis in Pedemontium et Carniolam usque. In Caucaso. Britanniae deest.*

**73. Cardui** *L. OT. I 102*; *HS. I. 141*; *H. 73. 74.* Vulgaris tota aestate et autumno ubivis in urbibus, pagis, hortis, arbustis et silvaticis per cunctum territorium a planitie usque ad alpes; sic e. g. in alpe *Pikuj* 4190 p. v (Łob.), *Paraszka* 3926 p. v. (Łob.) et *Zelemin* 3703 p. v. (Kbg.) elata.

*Inhabitat omnes orbis terrarum partes, omnesque zonas borealis et australis hemisphaerii. In Europa usque ad Lapponiam.*

http://rcin.org.pl

**74. Jo** *L. OT. I. 107*; *HS. I. 39*; *H. 77. 78.* Vulgaris vere, Julio et Augusto iisdem in locis ac Cardui.

*In media et australi Europa et in Asia finitima; a Stockholmia Petropolique usque ad Calabriam et Amasiam, ab Anglia ad Altaium usque.*

**75. Antiopa** *L. OT. I. 110*; *HS. I. 39*; *H. 79, 80.* Communis vere, Julio et Augusto in arbustis silvaticisque per omne territorium in alpes usque (Pikuj).

*In cuncta fere Europa, in boreali Asia et Africa, in boreali tropicaque australi America. In Europa usque ad Lapponiam. Ad Wolgam, in Caucaso et Altaio.*

**76. Urticae** *L. OT. I. 120*; *HS. I. 40*; *H. 87—89.* Communissima ab ineunte vere (exemplaria, quae hiemant) ad Novembrim ubique locorum a planitie in alpes usque.

*Per cunctam Europam usque ad Lapponiam.*

**77. Polychloros** *L. OT. I. 114*; *HS. I. 50*; *H. 81, 82.* Frequens Aprili, Majo Julioque per omne territorium in alpes usque (vide Cardui).

*In cuncta fere Europa media et australi, nec non magna Asiae parte; a Stockholmia usque ad Vandalitiam, Syriam et montes Himalaicos, ab occidentalibus Europae litoribus usque ad Japoniam.*

**78. Atalanta** *L OT. I. 104*; *HS. I 41*; *H. 75, 76.* Vulgaris Majo, Julio Septembrique ubique locorum in alpes usque (Pikuj).

*In universa Europa (exceptis reg. arcticis), in Africa boreali, in Oriente, m. Himalaicis, insulis Sundaicis et in nova Seelandia, in America boreali, in Mexico et insulis Antillicis. In Asia boreali hucusque non visus.*

**78½ C-album** *L. OT. I. 125*; *HS. I. 39*; *H. 92, 93.* Communis ab Aprili ad finem Septembris (excepto Junio) per cunctum territorium usque ad subalpinas regiones (vide Cardui).

*In cuncta fere Europa, in boreali et media Asia et in boreali America. In Europa a Lapponia usque ad Neapolim et Sardiniam*

## Satyroidae *B.*

### Hipparchia *Fabr.*

**79. Galathea** *L. OT. I. 242*; *HS. I. 53*; *H. 183—185.* Volitat copiosa in circuli Stryensis coll. silvis frond. inter *Łuk.* et *Li.*; satis frequens (sociis 17. etc.) in pratis intersilvaticis (circiter 3200 p. v. elatis) in montis *Huśla* fageto; solitaria denique in sepulcretis *Leopoli* Julio. Circa *Samboriam* non occurrit.

http://rcin.org.pl

*Per mediam et australem Europam et in Asia minore; a Livonia et boreali Anglia usque ad Siciliam Vandalitiamque, ab Hispania Britanniaque usque ad Uralum Caucasumque.*

## Erebia *B.*

**80. Medusa** *SV. OT. I. 273; HS. I. 66; H. 103, 104.* Communis extremo Majo Junioque ubique locorum in pratis silvaticisque per cunctum terr. usque ad promontoria 2500—3000 p. v. elata.

*In Europa media; a Livonia usque ad Pedemontium. In promontoriis Uralensibus et in Caucaso. Britanniae, Hollandiae, Galliae occid., Scandinaviae et campis Rossiae australis deest. Mirum quod iterum adsit in Lapponia arctica.*

**81. Goante** *Esp. OT. I. 293; HS. I. 57. fig. 283, 284; H. 233, 234.*

**82. Pronoë** *Esp. (Arachne Fabr.); OT. I. 290; HS. I. 60; H. 215—217.*

Ambae hae species obviae mihi fuerunt 26. Julii in montibus Carpathicis, speciatim autem in prato intersilvatico primaevi fageti in alpestri monte *Huśla* exemplaribus singulis, quae non procul a Fagi termino vagabantur in apricis.

*Goante habitat in Alpibus; Pronoe in montosis Europae australis ab Jurasso montibusque Pyraeneis usque ad Caucasum.*

**83. Medea** *SV. OT. I. 281; HS. I. 63; H. 220—222.* Frequens Julio et Aug. in lucidis silvaticis eorumque pratis per omne terr. usque ad valles montanas in *Wołcze* (vide 6 etc.), *Czarna*, *Stoposiany*, *Ustrzyki górne* etc.

*Ab occid. litoribus Europae ad Altaium usque, a Livonia et Scotia usque ad meridionaliores Europae partes.*

**84. Ligea** *L. OT. I. 283; HS. I. 63; H. 225—227.* Volitavit catervatim 26. Julii (sociis 17 etc.) in montis *Huśla* pluribus pratis silvaticis ad altitudinem circiter 3100 p. v. Terminum silvarum non transgressa est.

*Per cunctam fere Europam finitimamque Asiam; a Scandinaviae boreali promontorio usque ad Apenninum et ab Anglia ad Altaium usque.*

**? Var.** Euryale Esp. Alterum exemplar cum priore, alterum in Beskidorum Sanocensium plagis alpestribus circa pagum *Ustrzyki górne*, ubi comite Ligea vagabatur solitarie in fageti prato non procul ab alpibus, *Berehiwski połonyny* vocitatis. In regionibus coll. montibusque humilioribus nec *E.* nec *L.* mihi



http://rcin.org.pl

unquam obvii fuerunt. Haliciensia Euryalis specimina sunt multo minora, quam illa Ligeae.

*In montosis Silesiae, in Jurasso et Alpibus.*

## Satyrus *Latr.*

**85. Semele** *L. OT. I. 197*; *HS. I. 76*; *H. 143, 144.* Annis 1852 ad 1858 inveni circa *Samboriam* unicum tantum exemplar obsoletum 14. Aug. ad marginem coll. querceti *R. g.* (una cum: 2, 4, 5, 10, 11, 12, 18, 26, 35, 43, 73, 75, 59, 83, 86, 89, 92, 97, 187, 217, 291, 372, 357, 391, 433, 435, 439, 455, 461, 469, 491, 508, 677, 681, 682, 744, 764, 768, 769, 779, 702, 797, 873, 877, 891, 910, 911, 919, 920, 936, 963, 1021, 1048, 1070, 1099, 1107, 1109, 1127, 1128, 1171, 1199, 1200, 1206, 1201, 1227, 1250, 1277, 1286, 1326, 1331). Circa *Leopolim* volitat Sem. sat frequenter, localiter gregatim, in prosilviis apricisque collinorum inter *Krzywczyce* et *Lisienice.*

*In cuncta Europa Orienteque; a Lapponia usque ad Cyprum, ab Hispania ad mare Caspium usque.*

**86. Phaedra** *L. OT. I. 186*; *HS. I. 80*; *H. 127—129.* Vulgaris, interdum copiosa, in coll. prosilviis nemoribusque herbidis circa *R. g.*, *Stup.* (vide 748), *L.* etc.; extremo Julio et toto Aug.

*Per mediam et austr. Europam et in magna Asiae parte; a Gallia occid. usque ad Pekingum, a Casano usque ad Italiam mediam Asiamque minorem. Europae boreali et boreali — occid. deest.*

## Pararga *HS.*

**87. Maera** *L, OT. I. 231*; *HS. I. 88*; *H. 174, 175.* Volitavit frequenter 12. Junii (sociis 1309 etc.) et 3. Julii 1859 (una cum 998 etc.) in campestris pineti *R.* lucidis, praesertim excisis, ubi nunc Vacc. myrt. luxuriatur cum Frag. vesca. Alibi in Halicia Maera in conspectum mihi non venit, quamquam plurimas tam frond. quam acerosas pervagatus sum silvas.

*A Lapponia usque ad Syriam et ab Hispania ad Altaium usque. Britanniae, Holl., Daniae, provinciisque Germaniae ad sept. Oceanum deest.*

**88. Hiera** *O. OT. I. IV. 135*; *HS. I. 89*; *H. 176.* Speciem hanc contigit mihi invenire singulo specimine 22. Maji (una cum 795 etc.) in montis *Magóra* loco silvatico, ad 2800 p. v. elato. Mons hic convestitus est in parte inferiore Abiete pect.,

http://rcin.org.pl

snmmo in cacumine verum Fagi silvula, quae nunc cum abietinea de loco contendere videtur.

*Per borealem mediamque Europam et per Asiam confinem; ab arcticis regionibus usque ad Italiam superiorem Amasiamque, a Geneva ad Sibiriam usque. In Europa occid. (Vindobona — Schonia) nullibi provenire videtur.*

**89. Megaera** *L. OT. I. 235; HS. I. 89; H. 177, 178.* In cultis, incultis, pratis silvisque per omne terr. humilius ubique vulgaris, Majo — Aug.

*In occid. et australi Europa et per cunctam maris Medit. ditionem; a Christiania usque ad Syriam, ab Anglia Hispaniaque ad Caucasum usque.*

**90. Egeria** *L. OT. I. 238; HS. I. 89; H. 181. 182.* Bellus hic papilio reperitur solitarie Majo in umbrosis coll. fagetorum inter *L.* et *Wi.*, ubi vias silvestres libenter pervolare solet. Egeria videtur paucissimis in nostratibus provenire locis, quum mihi praeter *Leopolim* nullibi in meis botanico-entomologicis itineribus per Haliciam orient. in conspectum venerit.

*Per Europam mediam et maris Medit. litora; a media Suecia usque ad Algerium, ab insulis Canariis usque ad fines Sibiricos. In Casano et Caucaso.*

**91. Dejanira** *L. OT. I 229; HS. I. 87; H. 170, 171.* Vulgaris (interdum copiosa), sed localiter, in coll. silvis frond. praecipue quercetis in *R. g.*, *Czaple*, circa *L.* et *J.* Junio Julioque.

*In Europa media et finitima Asia; a Parisiis usque ad Altaium; in meridie linea per Transsylvaniam, Carniolam et Pedemontium ducta terminatur. Petropoli et ad Wolgam adest; in Caucaso porro in Brit., Holl., Belgia et in boreali — occid. Germania non provenit.*

## Epinephele *HS.*

**92. Janira** *L. OT. I. 218; HS. I.* 83. *fig. 104, 105, 429; H. 161, 162.* Copiosa ubique locorum in pratis, silvaticorumque herbosis a planitie usque ad mediam Fagi regionem.

*In cuncta Europa, Oriente et in Africa boreali; a Lapponia Britanniaque usque ad insulas Canarias, Uralum et Syriam.*

**93. Hyperanthus** *L. OT. I. 225; HS. I. 81; H. 172, 173.* Per cunctum terr. catervatim ubivis in pratis et silvarum marginibus usque ad ditiones montanas, circiter 3000 p. v. elatas. Julio et Augusto.

*In universa boreali et media Europa et in Sibiria occid.; a Lapponia usque ad Liguriam et Caucasum, occidentem versus ad Altaium usque. Litoribus maris Medit. (excepta Liguria) deesse videtur.*

http://rcin.org.pl

## Coenonympha *HS.*

**94. Hero** *L. OT. I. 313*; *HS. I. 85*; *H. 252, 849, 850.* Vagatur frequenter Junio in ditionum collinarum silvaticis lucidis, pratis et fruticetis circa *R. g.* (vide 158), *Stup.*, *L.* et *J.* (hoc loco comitibus 1309 etc.).

*In Europa media; a litoribus Balticis usque ad Basileam Helvetiae, Labacum, Goritiam et Dalmatiam, tum a Parisiis usque ad Altaium. Adest item in media Scandinavia, Petropoli, ad Wolgam et in promontoriis Uralensibus.*

**95. Iphis** *SV. OT. I 310*; *HS. I. 85*; *H. 249—251.* Frequens iisdem in locis ac prior. Junio et Julio.

*In Europa media; a Petropoli usque ad montes Pyraeneos; in Pedemontio et Liguria, in Uralo, Chersoneso Taurica et in provinciis Caucasicis. Britanniae, Daniae, Galliae occid. et Scandinaviae deest.*

**96. Arcania** *L. OT. I. 317*; *HS. I. 85*; *H. 240—242.* Vulgaris Junio et Julio in pratulis herbidis silvarum et fruticetorum per ditiones coll. *R. g.*, *Czaple*, et *H.* prope *Leopolim.*

*In maxima parte Europae mediae et in regionibus maris Medit.; a Westmannia Sueciae usque ad Algerium, a Parisiis ad Uralum usque. Britanniae et Hollandiae deest.*

**97. Pamphilus** *L. OT. I. 305*; *HS. I. 84*; *H. 237—239.* Ubique locorum a pl. in promontoria usque vulgatissimus in herbosis Majo, Junio et Augusto.

*In universa fere Europa, regionibus maris Medit., Sibiriaque; a Norvegiae insula Alstan usque ad bor. Africam, a Lusitania ad Altaium usque.*

**98. Davus** *L. OT. I 302*; *HS. I. 84.* Frequentissimum inveni Davum 2. Julii in coll. prato humido *Stawki w łuhu* (una cum 64., ceterum vide 1195 etc.). In *R. g.* et circa *L.* minus frequens est. Junio et initio Julii.

*In media et sept. Europa Asiaque vicina; a boreali promontorio usque ad latera merid. Alpium et Caucasi, ab Anglia ad Altaium usque. Europae meridionali et Italiae superiori deest.*

# Hesperoidae.

## Hesperia *Latr.*

**99. Malvarum** *O. OT. I. 195*; *HS. I. 150*; *H. 450, 451.* Hucusque reperi semel ineunte Junio exemplar unicum, quod in fruticeto coll. querceti *P.* vagabatur inter flores. Uno tempore reperiuntur circumcirca Samboriam species sequentes: 19, 27,

http://rcin.org.pl

35, 41, 54, 71, 91, 96, 97, 128, 129, 139, 143, 183, 187, 188, 197, 206, 208, 248 — 250, 269, 290, 291, 297, 302, 303, 314—316, 318, 320, 329, 332, 381, 389, 391, 392, 406, 412, 445, 463, 466, 485, 493, 506, 531, 540, 550, 559, 570, 575, 587, 612, 607, 623, 655, 636, 637, 651, 677, 685, 700, 706, 717, 718, 728, 733, 734, 744, 766, 777, 780, 782, 802 — 804, 814, 816, 820, 841 — 843, 850, 852, 861, 872, 873, 875, 894, 895, 897, 900—902, 928, 931, 947, 1007, 1013, 1017, 1032, 1054, 1059, 1060, 1119, 1125, 1138, 1161, 1191, 1189, 1045 — 1047, 1248, 1250, 1253, 1283, 1296, 1331. ceterum vide 1300, 99, 863.

*In Europa media, ditione maris Medit., Sibiriaque; a Casano usque ad Hispaniam et Algerium, orientem versus ad Altaium usque. Scandinaviae et Britanniae deest.*

**100. Tages** *L. OT. I. 214; HS. I. 158; H. 456, 457.* Frequens Majo et Junio ubique in coll. silvaticis, pratis, incultis et siccaneis apricis circa *R. g., L.* et *J.* (hoc loco simul cum 1309 etc.), praeterea in montis *Magóra* sterilibus.

*In temperatis coeli plagis per omnem orbem antiquum; ab occid. Europae litoribus usque ad orientalem Asiae oram. In Europa a Suecia usque ad Calabriam et Graeciam.*

**101. Alveus** *Hüb.* (*Fritillum O.*). *OT. I. 207; HS. I. 156; H. 461—463.* Vagabatur frequenter 12. Junii 1859 ubique locorum in ditione campestri — collina inter *Janow* et *Lelechówka* in apricis, pratulis, silvaticis, sterilibusque. Quoad consocios vide **1309**.

*In Europa et ditione maris Medit.; a Norvegia usque ad Algerium et Cyprum, a mont. Pyraeneis usque ad Uralum et Caucasum. Angliae, Holl., et Daniae deest.*

**102. Alveolus** *Hüb. 466, 467, 847, 848; OT. I. 208; HS. I. 154.* Copiosus Majo in silvarum excisis, pratis, fruticetorumque apricis per ditiones coll. circa *R. g.* et *Leopolim.*

*In cuncta fere Europa, Asiaque confine; a Lapponia usque ad Cyprum, ab Anglia Altajum usque.*

**103. Taumas** *Hufgl.* (*Linea SV.*). *OT. I. 228; HS. I. 159; H. 485—487.* Frequens Majo — Julio in coll. silvarum pratulis, floridisque agrorum confiniis circa *R. g., Czaple, Stup.* et *L.*

*In Europa media omnibusque maris Medit. oris; a Finlandia usque ad Algerium et Syriam, ab Anglia et Hispania usque ad Uralum et Caucasum.*

http://rcin.org.pl

**104. Lineola** *O. OT. I. 230*; *HS. I. 159*; *H. 660—663.* Per cunctum terr. frequens in silvarum herbosis excisisque a pl. usque ad regiones alpestres (vide 17. etc.). Julio.

*In Europa media, Sibiria, et in omnibus maris Medit. litoribus; a Petropoli et Schonia usque ad Algerium et Syriam, ab Hispania ad Altaium usque. Angliae deest.*

**105. Silvanus** *Fabr. OT. I. 226*; *HS. I. 159*; *H. 482, 484.* Frequens Junio iisdem in locis ac 103; praeterea (sociis 1159 etc.) 2. Julii in prato humido *St. w ł.* prope *Rakowiec.*

*Itidem distributus ac Comma; in Europa solum usque ad Finlandiam et Westmanniam.*

**106. Comma** *L. OT. I. 224*; *HS. I. 159*; *H. 479—481.* Vulgaris Junio per omne terr. in silvarum herbosis et pratis usque ad promontoria, circiter 2800 p. v. elata.

*In cuncta fere Europa, in Asia occid., et in America boreali. In orientali hemisphaerio a Scandinavia (Finnmark) usque ad Syriam, ab Anglia usque ad Altaium.*

## Carterocephalus *Lederer.*

**107. Paniscus** *Fabr. OT. I. 219*; *HS. I. 158*; *H. 475, 476.* Majo Junioque in pratis, silvaticis, herbosisque soli expositis in ditionibus coll. circa *R. g.* et *Leopolim.* Infrequens.

*In Europa, praecipue media, et in Sibiria; a Finlandia usque ad Pedemontium, ab Anglia usque ad Altaium et Caucasum. Scandinaviae Daniae, Hollandiae et borealibus Germaniae campis deest.*

http://rcin.org.pl

# II. HETEROCERA. B.

## Sphinges.

### Thyridides *HS.*

### Thyris *Illig.*

**108. Fenestrina** *SV. OT. II. 115*; *HS. II. 81*; *H. 16.* Lautum hunc papiliunculum reperi in coll. ericeto silvarum ante *Winniki* sub finem Junii duobus speciminibus, una cum: 248, 335, 247, 257, 425. etc.

*Secus in Belgia, Germ. occid., Bohemia, Moravia, Austria, Carniola et Helvetia, in Transsylvania et Hungaria, porro in Hispania, Sabaudia, Toscana et in insula Corsica. Adest etiam in provincia Casano, in Asia minore, et in Altaio; in America boreali (?).*

### Sesioidae *B.*

### Bembecia *Hüb.*

**109. Apiformis** *L.* (*Crabroniformis Hüb.*). *OT. II. 121*; *HS. II. 61*; *H. 51.* Extremo Junio unum specimen (simul cum: 273 etc.) *Leopoli* in horto botanico.

*In universa fere Europa et in Sibiria; a Succia usque ad Sardiniam, ab Anglia ad Altaium usque.*

### Sesia *Fabr.*

**110. Tabaniformis** *Hufgl.* (*Asiliformis SV*). *OT. II. 128*; *HS. II. 67*; *H. 44.* Unum specimen cum posteriore 2. Junii *Samboriae* in horto inter flores Philadelphi coronarii. Quoad species alias eodem die lectas vide 863.

*In Europa media et australi, nec non in Oriente; a Livonia usque ad Cyprum, ab Anglia usque ad Uralum.*

http://rcin.org.pl

**111. Tipuliformis** *L. OT. II. 171*; *HS. II. 72*; *H. 49.* Cum priore, sed frequentior; praeterea unum spec. (simul cum 863 etc.) in floridis pratuli uliginosi in mixta silva *Zapust* regionis coll. *Stupnica.*

*In cuncta fere Europa, Sibiria, Asiaque minore; a Lapponia usque ad Toscanam et Amasiam, ab Anglia ad Sibiriam usque.*

**112. Culiciformis** *L. OT. II. 162*; *HS. II 80*; *H. 151, 152.* Duo exempl. (sociis 234, 993. etc.) in alneto silvae *R. g.* Majo; tertium 5. Junii in floralium sepe *Leopoli* (comitibus: 295 383, 336, 326, 302, 303 300, 317, 255 etc.).

*Per borealem mediamque Europam, provincias Transcaucasicas et Sibiriam, ab Anglia usque ad Dauriam, a Lapponia usque ad Pedemontium Iberiamque.*

**113. Tenthrediniformis** *SV.* (*Empiformis Esp.*); *H. 52*; *OT. II. 176*; *HS. II. 68*; *fig. 7, 8, 9.* Frequens in vepretorum herbosis ad marg. betuleti *K.* (comitibus 205. etc.), rarior in fruticosis circa *H.* (sociis 353 etc.). Initio Junii. Vagatur ut congeneres sole aestuante diversos per fruticulos florentes.

*In media et australi Europa, Africaque septemtrionali; a Livonia usque ad Algerium, a Parisiis in Caucasum usque.*

In inveniendis Sesiis Zygaenisque parum adhuc mihi fortuna favit et pro certo dicere non possum, num hae familiae in nostratibus paucis tantum repraesentatae sunt speciebus, an me animadvertentem fugerint.

## Sphingoidae *B.*

### Macroglossa *O.*

**114. Fuciformis** *L. OT. II. 185*; *HS. II. 83*; *H. 56.* Singula spec. 27. Maji in prato foenario pone campestre quercetum *B.* et 9. Junii in sterilis collis *Hel.* apricis. Quoad comites vide 256 et 328.

*In plurimis Europae terris, in Sibiria et Asiae minoris septemtrionaliis; a Lapponia usque ad Corsicam et Tokat, ab Anglia ad Altaium usque. Australioribus maris Medit. ditionibus deest.*

**115. Bombyliformis** *O. OT. II. 189*; *HS. II. 83*; *H. 55, 117.* Unum exemplar cum priore in supra dicto tumulo arenoso tempore pomeridiano.

*In Europa et Sibiria; a Lapponia usque ad Toscanam, ab Anglia usque ad Altaium.*

http://rcin.org.pl

**116. Stellatarum** *L. OT. II. 193*; *HS. II. 84*; *H. 57.* In floralibus, pratis et silvaticorum herbosis circa *S.*, *L.*, *Br.* et *St.*; ubique vulgaris Majo, Junio et Augusto.

*Per mediam et austr. Europam, Asiam mediam et Africam bor.; a merid. Suecia usque ad Syriam, ab Anglia insulisque Canariis usque ad Pekingum.*

## Pterogon *B.*

**117. Oenotherae** *SV. OT. II. 196*; *HS. II. 84*; *H. 58.* In apertis hunc papilionem invenire hucusque mihi non contigit. Singulum exemplar, quod possideo, educavi ex eruca, quam in quodam pratulo silvatico inter *L.* et *Wi.* reperi. Oenotheram biennem hic nusquam conspexi.

*In Europa centrali, Gallia orientali, in Sabaudia, Neapoli et in Sicilia, in insulis Canariis et in Algerio, ad Casanum et in promontoriis Uralensibus. Rara.*

## Deilephila *O.*

**118. Porcellus** *L. OT. II. 211*; *HS. II. 85*; *H. 60.* Singula spec. reperi 16. Junii in *S.* floralibus (sociis: 119 etc.), et 3. Julii (una cum 998 etc.) in collinorum *Szyp* floridis declivibus. In *Leopolis* monticulo *F. J.*, 1240 p. v. (Kbg.) elato, vagatur *P.* item solitarie (in posterioris societate) in locis floribus exornatis.

*Per bor. et mediam Europam (usque ad maris Medit. limites), per bor. Asiam minorem; a Lapponia usque ad Liguriam et Siwas, ab Anglia ad Uralum usque.*

**119. Elpenor** *L. OT. II. 209*; *HS. II. 85*; *H. 61.* Sat frequens in *Samboriae* floralibus (sociis: 118, 119, 389, 935, 372, 293, 316, 315, 226, 227, 269, 414. etc.), *Leopoli* volitat Elp. in monticulo *F. J.*, et quidem in locis floribus consitis interdum copiosissime. Junio.

*In cuncta Europa magnaque Asiae parte; ab Anglia usque ad Japoniam, a Lapponia usque ad Sardiniam.*

**120. Euphorbiae** *L. OT. II. 223*; *HS. II. 88*; *H. 66, 139, 140.* Circa *S.*, *L.*, et *Br.* Augusto. Nonnullis annis vulgaris, aliis deest. Anno 1855. observavi in siccis pascuis circa *Samboriam* infinitum prope erucarum numerum. Unam erucam inveni praeterea in prato montano circa *Brylików*, quapropter *Euphorbiae* et *Haliciae* montosa inhabitare videtur.

*In Europa media et australi nec non finitima Asia et Africa boreali; a Selandia Casanoque usque ad Syriam et Algerium, ab Anglia Hispaniaque usque ad Sibiriam et Caucasum.*



http://rcin.org.pl

**121. Galii** *SV. OT. II.* 217; *HS. II.* 87; *H.* 64. Frequens Majo *Leopoli* in monticuli *F. J.* floridis; *Samboriae* etiam non rarus in floralibus (sociis 391, 303 etc.), sed Augusto.

*In Europa (exceptis reg. arcticis), in Asia occid., insulisque Canariis; a Petropoli usque ad ins. Canarias, ab Anglia usque ad Altaium et Amasiam.*

**122. Livornica** *Esp.* (*Lineata Fabr.*) *OT. II.* 214; *HS. II.* 86; *H.* 65, 112. Speciem hanc reperi singularem initio Aug. in Populi trem. trunco in pagi *Stoposiany* silvaticis alpestribus, loco circiter 2800. p v. elato. Praeter me detexit *Liv.* et Claris. *Pietruski* in promontoriis Stryensibus prope pagum *Podhorodce.*

*In Europa occid. et media; a Britannia per Galliam, Helvetiam, universam Germ., usque ad provinciam Posnaniensem, Silesiam et Transsylvaniam; porro in campestribus ad lacum Caspium et in Caucaso. In Europa australi: in Lusitania, Hispania, m. Pyraeneis, in Pedemontio, in insulis Corsica, Sardinia, Neapoli et in Dalmatia. Secus in Asia minori, Algerio et austr. Africae prom. bonae spei. Rara.*

## Sphinx *O.*

**123. Convolvuli** *L. OT. II.* 236; *HS. II* 90; *H.* 70. *Samboriae Leopolique* in hortorum sepimentis versus finem Aug. et Septembri; infrequens, nonnullis annis deest.

*Per Europam exceptis: Scotia bor., Scand. media et boreali, et Rossia trans Petropolim. Secus circa Pekingum, in India orientali in Algerio, Abyssinia et in prom. bonae spei; denique in America boreali, nova Hollandia et in insula Taiti.*

**124. Ligustri** *L. OT. II.* 240; *HS. II.* 90; *H.* 69. *Leopoli* in hortis solitarie Junio (sociis 273 etc.). Erucas ejus reperi Sept. in horto botanico in Ligustro vulg. Circa *S.* eum frustra per annos quaesivi, quamquam Ligustrum, Syringa et Lonicera hic ubivis in hortis coluntur.

*In Europa (exceptis reg. arcticis), in Sibiria, Oriente et in Africa bor.; a Petropoli usque ad ins. Canarias et ex his et Brit. usque ad Altaium et Caucasum.*

**125. Pinastri** *L. OT. II.* 243; *HS. II.* 90; *H.* 67. Aliquot exempl. (una cum 238, 690. etc.) 30. Junii pervesperi in pratulo herboso in *H.*, adversus pinetum *Swińka.* Copiose *P.* necubi mihi ad id tempus in conspectum venit.

*Ubivis in Europa, ubi dantur silvae acerosae; a Lapponia usque ad Liguriam, a Scotia usque ad Uralum. In meridie incolit Pinastri potissime montosa.*

## Acherontia *O.*

**126. Atropos** *L. OT. II.* 231; *HS. II.* 90; *H.* 68. Invenitur quidem per cunctam Haliciam orientalem, sed summopere est difficile, eum in apertis volitantem captare; frequentius per-

http://rcin.org.pl

vesperi in collustrata domicilia involat. Erucas ejus legi aestate in solanorum agris circa *Samboriam* et *Tarnopolim*, ubi sat frequentes adsunt. Tam papilio ipse, quam ejus erucae magnum timorem ignaris incutiunt, similiter ac Euprepiarum erucae, quae pro venenatis animalibus habentur.

*Per Europam mediam et australem, porro in Syria, insula Java, Algerio, insulis Canariis, in Guinea Africae, promontorio bonae spei, et in nova Hispania.*

## Smerinthus *O.*

**127. Tiliae** *L. OT. II. 246; HS. II. 91; H. 72.* Quotannis solitarie et in pulchris varietatibus *Samboriae Leopolique* in Tiliarum aliarumque arborum truncis.

*In media et austr. Europa, Sibiriaque; a Suecia merid., Livonia et Casano usque ad Neapolim, a Britannia ad Sibiriam usque.*

**128. Ocellata** *L. OT. II. 249; HS. II. 91; H. 73.* Vulgaris, nonnullis annis copiosa, circa *S.* in Salicum truncis et ad vias publicas Salicibus exornatas in promontoria usque (Spas). Anno 1859 Ocellata circa *Leopolim* mihi non apparuit.

*Per Europam Sibiriamque; a Lapp. usque ad Sardiniam, ab Anglia usque ad Sibiriam.*

## Laothoë *Fabr.*

**129. Populi** *L. OT. II. 252; HS. II. 91; H. 74.* Frequens eodem ac prior tempore circa *Samboriam* et *Leopolim* in Populorum truncis, vicinisque locis.

*In Europa et in Sibiria, a Lapp. usque ad Corsicam, ab Anglia in Altaium usque.*

# Syntomides *HS.*

## Syntomis *Illig.*

**130. Phegea** *L. OT. II. 105; HS. II. 50; H. 99, 160.* Copiosa circa *Leopolim* in apricis declivibus silvigeri monticuli *Cz. sk.*, rarius in pagi *H.* coll. fruticetis *Zapole* et *Mostki*. Versus finem Junii et initio Julii (vide 945 etc.). Tractui *Samboriensi* aliisque perlustrati terr. locis deest.

*Per Europam mediam et australem, per Sibiriam et Asiam minorem; a Livonia usque ad Siciliam, a Vandalitia usque ad Altaium. In occidente sporadice.*

# Zygaenoidae *B.*

## Zygaena *Fabr.*

**131. Brizae** *Esp. OT. II. 27; HS. II. 32; H. 85.* In pratulo ad pedem collis *Cz. sk.* specimen unum 1. Julii. Quoad comites vide 946.

http://rcin.org.pl

*In Rossia australi, ad Budam, in Hungaria, in Dalmatia, ad Nizzam; an in Valesia Helvetiae et in Bohemia?; — secus ad Araratum Asiae minoris.*

**132. Filipendulae** *L. OT. II. 54; HS. II. 42; H. 31.* Singula spec. in pratis coll. querceti *P.*, promontoriorum *Urycz*, montosorum circa *Czarna*, et in inferiore Fagi regione in monte *Huśla*, 4190 p. v. (Łob.) alto, (hoc loco simul cum 17 etc.).

*In Europa, Sibiria, Oriente, insulisque Canariis (?); a Petropoli et Suecia usque ad ins. Canarias, a m. Pyraeneis Angliaque ad Wolgam usque.*

**133. Achilleae** *Esp. OT. II. 30; HS. II. 34.* Julio.

**134. Lonicerae** *Esp. OT. II. 49; HS. II. 36; H. 7, 160.* Junio.

**135. Angelicae** *O. OT. II. 67; HS. II. 37; H. 20, 21.* Augusto.

Singula specimina in fruticosorum apricis, herbosisque pratis in monticulo *Czartowska skała*, 1304 p. v. (Kbg) elato.

*Achilleae habitat in Europa media et australi; a Parisiis et Alvernia per Pedemontium usque ad prom. Uralensia. Britanniae, Holl., boreali — occid. Germ., et Scandinaviae deest. In Oriente et Ararato adest. — Lonicerae reperitur in Europa media et Scandinavia, a Britannia usque ad Petropolim et prom. Uralensia. In m. Pyraeneis, Regno Granatensi, Pedemontio, Neapoli, ad Amasiam et Tokat in Asia minori. — Angelicae denique occurrit in Europa centrali: in Saxonia, Lusatia, Silesia, Bohemia, Austria inferiore, Styria, Hungaria et Polonia.*

## Ino *Leach.*

**136. Statices** *L. OT. II. 11; HS. II. 27; H. 1.* Vulgaris in pratis humidis *P. L., P. W., Maxymówka, Moczar* etc. per omne territorium planum et collinum. Junio et Julio.

*A Suecia usque ad Vandalitiam, ab Anglia usque ad Uralum, Caucasumque.*

**137. Chloros** *Hüb.* (*Globulariae Esper.*). *OT II 13; HS. II. 26; H. 2, 3.* Unum specimen initio Julii prope *Hołosko* in arenosi clivi *Helowszczyzna* sterilibus.

*Secus circa Vindobonam, Budam, in Dalmatia, Brussaque.*

**138. Pruni** *SV. OT. II 15; HS. II. 27; H. 4.* Unum exemplar gramini insidens (cum priore) inter frutices spisse ad marginem coll. querceti *Korycina* crescentes.

*In Europa media, a Livonia usque ad Toscanam et Asiam borealem, a Parisiis usque ad Pekingum Sinorum. Adest ad Wolgam et in Altaio. Britanniae deest.*

http://rcin.org.pl

# Bombyces.

## Hepialides *HS.*

### Hepialus *Fabr.*

**139. Humuli** *L. OT. III. 104; HS. II. 6; H. 203, 204.* Quotannis solitarie *Samboriae Leopolique* Junio ac Julio in pomariorum sepibus.

*A Petropoli usque ad merid. latera Alpium et Caucasi, ab Anglia ad Uralum usque.*

**140. Sylvinus** *L. OT. III. 109; HS. II. 7; H. 207, 216.* Duo exempl. (comitibus: 926, 995, 1253. etc.) inter frutices mixti nemoris coll. adversus betuletum *Krzywczyce* prope *L.* Majo.

*A Suecia media et Petropoli usque ad mediam Italiam Asiamque minorem, ab Anglia usque ad Uralum et Caucasum. Infrequens.*

**141. Velleda** *Hüb. OT. III. 106; HS. II. 8; H. 212, 233, 234.* Medio Junio. (socia 311.).

**142. Lupulinus** *L. OT. III. 114; HS. II. 8; H. 210, 211.* Augusto.

Singula specimina *Leopoli* in pomariorum sepimentis.

*Velleda inhabitat Europam mediam et borealem; a Lapponia et Suecia usque ad merid. latera Alpium, ab Anglia ad Altaium usque. In Casano. Ubivis sporadica. — Lupulinus reperitur a Petropoli et merid. Suecia usque ad Liguriam, ab Anglia usque ad Transsylvaniam.*

**143. Hectus** *L. OT. III. 116; HS. II. 8; H. 208, 209, 258.* Sat frequens in omnibus silvis circa *L.* In alneto *R. g.*, ubi hinc inde Humulus lupulus luxuriatur, apparuit Hectus annis 1855 et 1856. ingenti numero; anno 1858 vero vix aliquot exemplaria in commemorata silva observavi.

*A Petropoli usque ad Pedemontium et Transsylv., ab Anglia in Casanum usque.*

## Cossides *HS.*

### Zeuzera *Latr.*

**144. Aesculi** *L. OT. III. 99; HS. II. 12; H. 212.* Singula specimina Majo *Samboriae* (simul cum: 211, 229, 231, 128, 214, 384, 346, 226, 216, 166, 129, 331, 372, 242, 1116.), et *Leopoli* (socia 260) in pomariorum sepibus. Decorus hic papilio est perrarus in Halicia.

*A Hafnia et Livonia usque ad Algerium, ab Anglia usque ad Transsylv. Rara.*

http://rcin.org.pl

### Cossus *Fabr.*

**145. Ligniperda** *L. OT. III. 90; HS. II. 11; H. 198.* Vulgaris medio Junio, quando ex pupis exit, in plantario Salicum suburbii *Samboriensis.* Sat frequentes inveniuntur circumcirca *S.* et ejus erucae vagantes praecipue in viis utraque parte Salicibus exornatis. Anno 1859 Lign. circa *Leopolim* non inveni.

*A media australique Suecia et Petropoli usque ad Algerium, a Britannia usque ad Pekingum Sinensem. Ad Wolgam.*

## Psychides *HS.*

### Psyche *Schrk.*

### (Fumea *Haw*; Epichnopteryx *H.*).

**146. Unicolor** *Hufgl.* (*Graminella SV*). *OT. III. 181; HS. II. 20; H. 1.* Unicum specimen, quod possideo, exiit 19. Junii ex pupa, quam *Samboriae* extremo Majo in pomarii septo reperi. Eodem die legi sequentia lepidoptera: 47, 139, 148, 206, 208, 249, 250, 269, 271, 276, 280, 290, 293, 296, 314 — 316, 320, 322, 332, 425½, 526, 647, 656, 700, 778, 797, 1136, 1284.

*A Suecia merid. et Casano usque ad Corsicam, a Gallia ad Uralum usque.*

**147. Bombycella** *Hüb. 4. OT. III. 171; HS. V. 61.* Frequens Junio initioque Julii in coll. silvaticis *R. g.* praecipue autem ibidem in betuleti *Lwowiec* excisis tempore vespertino.

*A Livonia usque ad Taurinum, a com. Burgundiae usque ad Transsylvaniam.*

**148. Pulla** *Esp. OT. III. 167; HS. V. 61.* Volitavit satis frequens medio Majo in depresso prato uliginoso *P. W.* prope *Stup.* (una cum: 10, 25, 26, 72, 102, 148, 226, 527, 536, 596, 599, 601, 705, 896, 953, 1017, 1028, 1045, 1064, 1106, 1158, 1248, 1014). Praeterea reperitur Pulla Junio *Samboriae* in pomariorum sepibus et in betuleto *Lwowiec* (hic una cum: 551, 854, 936, 1005, 1162, 1192, 1280, 1253. etc.).

*In universa fere merid. et media Europa; a Livonia usque ad Vandalitiam, orientem versus usque ad Uralum et Caucasum.*

**149. Calvella** *O.* (*Hirsutella Hüb.*) *OT. III. 172; HS. II. 20; H. 3.* Unicum spec. 27. Junii inter frutices in coll. butuleti *Lwowiec* excisis, comitibus: 4, 7, 21, 58, 59, 67, 91, 94 — 98, 136, 143, 152, 156, 187, 188, 197, 288, 329, 406, 409, 413, 426 —429, 442, 443, 454, 455, 505, 513, 529, 598, 584, 557, 581, 583, 639, 623, 647, 646, 656, 671, 677, 700, 717, 729, 733, 734,

http://rcin.org.pl

749, 750, 754, 774, 777, 781, 783, 786, 798, 800, 802, 803, 816, 817, 822, 827, 828, 835, 840, 843, 847, 873, 875, 889, 894, 896, 928, 947, 948, 950, 966, 1012, 1036, 1040, 1041, 1045, 1046, 1113, 1129, 1149, 1163, 1166, 1182, 1191, 1206, 1209, 1228, 1222, 1241, 1246, 1248, 1262, 1266, 1272, 1279, 1283, 1336, 1337, 1346, 1350.

*A Wismaria Germ. usque ad Besontium Galliae, ab Anglia usque ad Transsylv.*

**150. Nitidella** *Hüb. 6; OT. III. 169; HS. V. 62.* Solitatim et localiter Junio—Aug. in pratulis silvaticis, fruticetis, silvisque usque ad montosa, circiter 2800 p. v. elata.

*A Lapponia meridionali usque ad Pedemontium Galliamque australem, ab Anglia usque ad Turciam.*

**151. Pectinella** *SV. OT. III. 170; HS. V. 62; H. 5.* Pluria spec. 29. Junii in pratulorum frutectosis ad marginem coll. silvarum frond. inter *L.* et *Wi.*, ubi ceterum eodem die sequentes volitaverunt species: 96, 143, 153, 187, 188, 243, 320, 424, 446, 453, 493, 581, 597, 623, 626, 700, 708, 729, 728, 751, 763, 749, 778, 798, 802, 803, 819, 828, 890, 902, 928, 947, 948, 966, 951, 969, 1000, 1060, 1052, 1055, 1077, 1083, 1090, 1033, 1114, 1133, 1163, 1168, 1180, 1183, 1198, 1201, 1206, 1221, 1241, 1242, 1232, 1263, 1286, 1295, 1327, 1336, 1346, 1338.

*In media et austr. Europa; a Gallia usque ad Uralum, ex Luneburgo usque ad Liguriam. Haud dubie in Austria.*

## Cochliopoda *B.*

### Limacodes *Latr.*

**152. Testudo** *SV. OT. VII. 14; HS. II. 16; H. 164, 165.* Quotannis vulgatissima Junio et Julio praesertim in quercetis per omne terr. usque ad altiora promontoria.

*A media Suecia usque ad Corsicam, ab Anglia et Gallia usque ad Sibiricos fines. Ad Wolgam. 3. Julii 1857 reperi Testudinem (una cum multis aliis lepidopteris) in silvaticis prope Briehl in Austria.*

**153. Asellus** *SV. OT. VII. 18; HS. II. 16; H. 166, 167.* Solitarius et dispersus, sed universim satis frequens, sub finem Junii et Julio in coll. ditionibus *R. g.* (sociis: 158, 561, 452, 451.), *Czaple* (una cum: 908 etc.) et *L.* (hic comitibus 151, 1083. etc.). Degit in Quercubus.

*A Suecia media et Livonia usque ad Taurinum Dalmatiamque, ab Anglia usque ad fines Sibiricos. Rara.*

http://rcin.org.pl

## **Platypterygidae** *Steph.*

### Cilix *Leach.*

**154. Spinula** *SV. OT. V. 400; HS. II. 110; H. 40.* Hucusque inveni spec. duo (comitibus: **219, 863.** etc.) in coll. dumosis ante silvas *R. g.*, tertium (sociis: **311, 264, 228, 282,** etc.) *Leopoli* in floralibus. Majo et Junio.

*In Europa media Italiaque; ab Anglia usque ad Transsylvaniam, a Gedano et Holsatia ad Sardiniam usque. Infrequens.*

### Platypteryx *Lasp.*

**155. Lacertinaria** *L.* (*Lacertula Hüb.*). *OT. V. 417; HS. II. 112; H. 49.* Interdum sat frequens Majo — Aug. in coll. quercetis (perraro betuletis) *R. g.*, *Tepliuch, et Woznyczne.* Circa L. solitatim in campestri querceto *Bednarówka.*

*Viget in totius fere Europae regionibus, ubi Betula crescit; a Lapponia usque ad Italiam mediam, ab Anglia usque ad Casanum. Non rara.*

**156. Falcataria** *L.* (*Falcula Hüb.*) *OT. V. 408; HS. II. 112; H. 44.* Vulgaris Majo, Junio et Aug. in diversis silvis frondosis, praecipue alnetis et buteletis, per omne terr. usque ad humiliores montes.

*Per cunctam fere Europam; a media et merid. Suecia usque ad Italiam centralem, ab Anglia usque ad promontoria Uralensia. In provinciis Casano et Orenburg.*

**157. Curvatula** *Lasp. OT. V. 405; HS. II. 112; H. 42. 43.* Per omnes annos reperi Junio (sociis: **561. 460** etc.) media in mixta silva *R g.* specimina duo, quae ibidem interdiu in umbrosis prope humum inter herbas abdita latebant.

*A Suecia media et Petropoli per Parisios usque ad Alpes, specialiter Julicas. Incolit alneta. Ubivis rara.*

**158. Sicula** *SV. OT. 403. HS. IV. 112; H. 41.* Unicum exemplar percussione Quercus 19. Junii in coll. querceto *Radf. górne.* Hac excursione legi sequentes papliones: **21, 25, 27, 59, 78, 73, 91, 94, 96, 98, 103, 105, 107, 136, 143, 147, 152, 153, 155, 156, 158, 139, 160, 187, 188, 197, 212, 213, 320, 276, 392, 396, 407, 413, 426—429, 431, 434, 442, 443, 445, 446, 454, 463, 465, 467, 468, 472, 486, 491—493, 504, 505, 513, 509, 535, 544, 547, 550, 559, 565, 578, 583, 584, 587, 593, 595, 597, 600, 607, 609, 619, 612, 623, 628, 630, 636, 639, 646,**

http://rcin.org.pl

**647, 650, 662, 669, 670, 671, 677, 681, 683, 685, 695, 700, 717, 718, 728, 733, 734, 739, 749, 750, 763, 764, 765, 767, 755, 774, 777, 778, 783, 786, 800, 802, 803, 806, 816, 817, 827, 828, 822, 835, 843, 846, 847, 856, 867, 868, 873, 875, 888, 894—896, 900, 902, 903, 908, 928, 935, 936, 947, 968, 972, 991, 994, 1012, 10 7, 1027, 1038, 1045, 1046, 1051—1054, 1060, 1061, 1063, 1069, 1075, 1076, 1092, 1097, 1113, 1125, 1131, 1138, 1149, 1156, 1166, 1206, 1210, 1225, 1229, 1248, 1250, 1262, 1279, 1281, 1283, 1287, 1296, 1327, 1346.**

*Inquilinus Europae mediae; ab Anglia usque ad Transsylvaniam, a Livonia usque ad Carniolam. Pomeraniae, Holsatiae, ad Rhenum etc. deest.*

**159. Unguicula** *Hüb. 48; OT. V. 414; HS. II. 111.* In collino fageto *Czaple* singulum exemplar Junio **1853** sociis: **1291, 654, 543, 42, 15** etc.

*Inhabitat fageta Europae mediae; a Schonia et Prussia per Parisios usque ad Pedemontium, a Britannia ad Transsylvaniam usque.*

**160. Binaria** *Hufgl. (Hamula SV.) OT. V. 411; HS. II. 111; H. 46. 47.* Ad id tempus legi 5. tantum exemplaria in coll. quercetis *Radłowice górne et Bednarówka.* Extremo Majo Junioque. Quoad consocios vide species: **1086, 256, 1014, 158.**

*A Hollandia usque ad Italiam centralem, ab Anglia usque ad Wolgam mediam (Saratow). Ubivis rara.*

## Saturnina *HS.*

### Saturnia *Schrank.*

**161. Carpini** *SV. OT. III. 6; HS. II. 96; H. 53, 54, 275, 276.* Reperitur quotannis solitatim et raro in coll. fageto *Czaple*, silvaticisque frond. circa *Leopolim.* Aprili. In Halicia rarissima esse videtur

*Per cunctam fere Europam et Sibiriam; a Lapponia usque ad Siciliam ab Anglia usque ad Altaium.*

### Aglia *O.*

**162. Tau** *L. OT. III. 12; HS. II. 97; H. 51. 52.* Frequens Aprili et Majo in coll silvaticis circa *L.*, praecipue in illis inter *H. et Brz.*, ubi fugaces mares horis antemeridianis ultro citroque per auras volitant. Ceterum obvia mihi fuit Tau quotannis solitarie in coll. fageto *Czaple*, et una femina trunco Piri insidens in pomario pagi *Strzelbice*, qui jam in carpath. situs est

5

http://rcin.org.pl

promontoriis. In silvaticis R. g., duo circiter milliaria a silvis *Czaple* remotis, Agliam Tau annis 1852 ad 1858 non inveni.

*A merid. Suecia usque ad Pedemontium, a Parisiis ad Uralum usque. In Casano et in Baskiria. Britanniae deest.*

## **Endromides** *B.*

### Endromis *O.*

**163. Versicolora** *L. OT. III. 16; HS. II. 98; H. 12.* Unum specimen reperi semel per sex annos in silva *Radł. górne* in trunco Pop. tremulae. Circa *Leopolim* est V. frequentior, sed etiam quotannis solitaria in coll. silvaticis *Hołosko.* Aprili. In Halicia Vers. raris adnumeranda est papilionibus.

*Per cunctam borealem et mediam Europam; ab Anglia usque ad Casanum, a Lapponia usque ad merid. latera Alpium (Pedemontium — Transsylvania). In plurimis reg. rara.*

## **Bombycides** *Leach.*

### Gastropacha *Curt.*

**164. Quercifolia** *L. OT. III. 247; HS. II. 104; H. 187. 188.* Solitarie Julio *Samboriae* et *Leopoli* in hortorum sepimentis aut arborum truncis.

*In media et merid. Europa et in Sibiria; a Petropoli et australi Suecia usque ad Sardiniam, ab Anglia ad Altaium usque.*

**165. Populifolia** *SV. OT. III. 245; HS. II. 103; H. 189.* Reperitur sparse *Samboriae* in hortorum sepibus Julio.

*In Europa; a Petropoli usque ad Taurinum, a Parisiis ad Uralum usque. Scandinaviae, Britanniae, Holsatiae et Hamburgo deest.*

**166. Betulifolia** *O. OT. III. 242; HS. II. 103; H. 191. 192* *Samboriae* in pomariorum septis aliquot spec. Majo.

*A Parisiis ad Altaium usque, a Petropoli usque ad Pedemontium. In Casano, provincia Orenburg, et in Baskiria. Scandinaviae, Britanniae, Borussiae, Holsatiae et ad merid. latera Alpium deest.*

### Bombyx *B.*

**167. Pini** *L OT. III. 251; HS. II. 104; H. 184. 185.* In truncis Pini silvestris, ex qua in pago *Hołosko* silvula *Swińka* constat, reperi aliquot exemplaria in varietatibus Julio.

*Per Sibiriam et Europam; a Lapponia usque ad Corsicam, ab Anglia ad Altaium usque. Devastat interdum pineta. Multis regionibus Europae boreali — occidentalis deest.*

http://rcin.org.pl

**168. Pruni** *L. OT. III. 254; HS. II. 104; H. 186.* Duo specimina (simul cum: 288 etc.) in pomariis *Leopoli.* Julio.

*In Europa, a Parisiis ad Uralum usque a Petropoli usque, ad Taurinum. Ubivis rara.*

**169. Potatoria** *L. OT. III. 256; HS II. 104; H. 182. 183.* Nona Junii reperi in *Hołosko* quatuor ad marginem querceti *Korycina* in florido segetum confinio reptantes erucas maturitatem jam assecutas, quae altero die pupae factae sunt et 30. Junii papiliones praebuerunt.

*Viget in plurimis Europae terris et in Sibiria; a Petropoli usque ad Toscanam, ab Anglia in Altaium usque.*

**170. Neustria** *L. OT. III. 296; HS. II. 105; H. 179. 180.* Quotannis vulgatissima (interdum innumerosa) Julio ubique in pomariis a pl. usque ad elatiores montes, ubi arbores pomiferae sat prospere procedunt.

*Habitat cuncta fere in Europa et in Asia finitima; a merid. Lapponia usque ad Calabriam et Asiam minorem, ab Anglia usque ad Altaium. Saepe noxia.*

**171. Populi** *L. OT. III. 276; HS. II. 105; H. 163.* Unum par *Leopoli* in pomarii sepimine initio Sept. in societate specierum: 123, 271, 334, 376, 393, 419.

*A Stockholmia et Petropoli usque ad Padum Transsylvaniamque, ab Anglia usque ad Wolgam (Sarepta). Regionibus arcticis et ditioni maris Medit. deest.*

**172. Crategi** *L. OT. III. 278; HS. II. 105; H. 162.* Unum exemplar, quod possideo, prodiit 11. Julii ex pupa, quam in *Samboriae* pomario sub finem Junii reperi.

*Ab australi Lapp. usque ad Pedemontium Transsylvaniamque, ab Anglia usque ad Rossiam occidentalem Ad Wolgam et in Europa merid. non occurrit. Rara.*

**173. Lanestris** *L. OT. III. 289. HS. II. 108; H. 169. 170.* Initio Aprilis semel specimen unicum *Leopoli* in pomarii septo comitibus: 590. 350. 377. etc.

*A Suecia media et Petropoli usque ad Pedemontium, ab Anglia usque ad fines Sibiricos. Ad mediam Wolgam.*

**174. Trifolii** *SV. OT. III 262; HS. II. 107; H. 171.* In graminosis prатuli in ditione coll. *Hołosko* reperi duo specimina 30. Junii comitibus: 238. 690. etc.

*In media et australi Europa nec non in Oriente; a Stockholmia usque ad Siciliam, ab Anglia usque ad Uralum et Lenkoran.*

**175. Quercus** *L. OT. III. 266; HS. II. 106; H. 172. 225. 349. 350.* Tria spec Julio prope *Leopolim* in coll. querceti *Ko-*

http://rcin.org.pl

*rycina* excisis. Erucas ejus vidi hic Majo. Circa *Samboriam* Q. nullibi in conspectum mihi venit.

*In cuncta Europa et Sibiria occid; a merid. Lapponia usque ad Sardiniam, ab Anglia ad Altaium usque.*

**176. Rubi** *L. OT. III. 270; HS. II. 106; H. 174. 281.* Singula spec. Majo in pratulo humido *P. L.* (sociis 1086 etc.) et in coll. silvaticis prope *Lisienice*. Medio Junio 1859. volitavit Rubi sat multa circa *J.* (comitibus: 1309 etc.) in pratis juxta pinetorum margines.

*In cuncta fere Europa Sibiriaque occid.; a Lapponia usque ad Italiam mediam, ab Anglia ad Altaium usque.*

## Liparides *B.*

### Porthesia *Steph.*

**177. Chrysorrhoea** *L. OT. III. 202; HS. II. 136; H. 67. 248. 249.* Quotannis copiosa Julio *Samboriae Leopolique* in pometis, arbustis etc.

*In cuncta Europa media et australi; a Gothlandia usque ad Algerium, et per Caucasum et Wolgam usque ad montes Himalaya in Asia. Interdum noxia.*

**178. Auriflua** *SV. OT. III. 205. HS. II. 136. H. 68. 69.* Primum spec. 20. Julii *Samboriae* (sociis 246. 165. 675 etc.) in pomario, secundum 25. Aug. in fruticoso alneto ante coll. silvam *R. g.*

*In media et australi Europa, a Livonia usque ad Italiam inferiorem et Asiam minorem, ab Anglia ad Pekingum usque. Ad Wolgam, in Caucaso et Altaio.*

### Ocnoeria *H.*

**179. Dispar** *L. OT. III. 195; HS. II. 135; H. 75. 76. 263.* Vulgatissima Julio initioque Aug. ubique locorum in vicinia humanarum habitationum in hortis, arbustis, ambulacris etc. Veloces et interdiu vagantes mares persaepe in domicilia involant.

*In Europa media et australi, Asia occid., et in Africa boreali; a Stockholmia usque ad Algerium, ab Anglia usque ad Altaium et mare Caspium. Noxia.*

### Psilura *Steph*

**180. Monacha** *L. OT. III. 192; HS. II. 137; H. 74.* Solitatim Julio in pomariis silvisque frond. regionum coll. circa S. et L.; porro in querceto ditionis campestri-collinae prope balineum *Lubień*.

*In Europa; ab Upsalia et Petropoli usque ad Corsicam, ab Anglia usque ad fines Asiaticos. Devastat interdum pineta.*

http://rcin.org.pl

## Dasychira *Steph.*

**181. Selenitica** *Esp. OT. III. 216; HS. II 134; H. 79. 80.* Unum par *Leopoli* in sepulcreto Łyczakoviensi in muro templari Majo comitibus: **260. 144** etc.

*Per Europam mediam; a Rheno usque ad mediam Wolgam, a Petropoli usque ad septemtrionalia latera Alpium et montium Carpathicorum. In Europa australi et boreali — occid. non provenit.*

**182. Fascelina** *L. OT. III. 214; HS. II. 134; H. 81.* Unum marem **30.** Junii (simul cum: **238, 566, 192. 987, 690** etc.) in collinorum *Mostki* fruticeto querceo prope *Hołosko.*

*In cuncta boreali et media Europa et in Sibiria; a Lapponia usque ad Pedemontium, ab Anglia ad Altaium usque.*

**183. Pudibunda** *L. OT. III. 209; HS. II. 134; H. 84. 85.* Satis multa Junio *Samboriae Leopolique* in promariis, praeterea in coll. silvaticis pagorum *R. g. et H.*

*In silvis frond. a Petropoli et Suecia usque ad Italiam mediam, ab Anglia usque ad fines Sibirices.*

## Orgyia *O.*

**184. Antiqua** *L. OT. III. 221; HS. II. 133; H. 77. 235.* Singula specimina Julio in pomario *Samboriae*, silvaticis coll. prope *Lisienice*, et 8. Oct. in campestri querceto *Bednarówka.*

*Incola Europae et bor. Africae; a Lapponia usque ad Algerium, ab Anglia usque ad provinciam Orenburg.*

## Laria *Hüb.*

**185. V-nigrum** *Fabr. OT. III. 200; HS II. 138; H. 71.* Medio Junio 1854 inveni *Samboriae* in trunco Salicis exemplar unicum, quod paulo ante ex pupa exiit. Postea nunquam nullibique V-nigrum in conspectum mihi venit. Uno tempore aderant Samboriae sequentes praeterea papilones: **118, 119, 127, 128, 139, 164,** 198, **199,** 185, **206, 208, 212, 213, 222, 226, 227, 244, 245, 249, 252. 250, 261, 264, 269, 274, 276, 278, 290, 291, 289, 293, 294, 297, 312, 314 — 316, 320, 322, 329, 332, 337, 384, 386, 396, 414, 469, 584, 627, 647, 656, 685, 813, 976, 1017, 1039**

*Ab Anglia usque ad Uralum, a Livonia ad Pedemontium usque. Ubivis rara. Carniolae, Budae et Transsylvaniae deest.*

## Leucoma *Steph.*

**186. Salicis** *L. OT. III 189.; HS. II. 135; H. 70.* Quotannis ingenti numero Julio per cunctum humilius terr. in urbibus,

http://rcin.org.pl

pagis, et ad vias exornatas Populis aut Salicibus, quas vesperi gregatim circumvolat.

*Degit in tota Europa Asiaque sept.; a Lapponia usque ad Italiam mediam ab Anglia usque ad Pekingum. Interdum noxia.*

## Lithosioidae *B.*

### Calligenia *Dup.*

**187. Miniata** *Forst.* (*Rosea Fabr.*) *OT. III. 145; HS. II. 162; H. 111.* Quotannis vulgaris praecipue in quercetis a pl. usque ad promontoria, circiter 2000 p. v. elata. Junio et Julio.

*In cuncta Europa media et in Sibiria; a Petropoli usque ad Liguriam, ab Anglia ad Altaium usque. Infrequens.*

### Setina *Schrk.*

**188. Mesomella** *L.* (*Eborina SV.*) *OT. III. 152; HS. II. 154; H. 104. 266.* Frequentissima Junio Julioque in silvis frondosis frutectosisque per omne terr. collinum; nec non in promontoriis, circiter 2800 p. v. elatis.

*Viget in Europa media et in Sibiria; a Suecia et Petropoli usque ad Liguriam, ab Anglia ad Altaium usque.*

**188½. Irrorella** *L. HS. II. 155; OT. III. 148; H. 105.* Vagabatur frequenter medio Junio 1859. prope *Leopolim* in herbosis apricisque coll. silvae *Krzywczycze*, speciatim autem in vicinis ruderorum cauponae ad pagum *Krzywczycze* pertinentis. Irrorella in Halicia rarior esse, saltem paucissimis locis reperiri videtur, quum annis 1852. ad 1859, quibus diversissimas peragravi regiones, mihi nullibi eam observare contigerit.

*In cuncta fere Europa et in Asia anteriore; ab arcticis Scandinaviae regionibus usque ad montes Pyraeneos, Sibiriam et Asiam minorem. Non rara.*

### Lithosia *Fabr.*

**189. Aureola** *Hüb. OT. III. 140; HS. II. 158; H. 98.* Invenitur perraro circa *S.* in fruticosis coll. betuleti *Lwowiec*, vulgate vero ubivis circa *L.* in variis silvis frond., nec non in querceto *P. R.* (hic comitibus 1309 etc.). 18. Maji — 12. Junii.

*In Europa media; a Selandia usque ad Italiam superiorem, ab Anglia usque ad Wolgam. Non rara.*

**190. Complana** *L. OT. III. 129; HS. II. 158;* In silva *R. g.* reperi per sex annos exemplaria duo; in silvaticis circa *L.* est Compl. sat frequens quidem, sed dispersa. Extremo Junio (comitibus 238, 690 etc.) totoque Julio.

http://rcin.org.pl

*A Lapp. usque ad Italiam mediam, ab Anglia usque ad Uralum et Sibiriam.*

**191. Helveola** *O. HS. II. 159; H. 95; OT. III. 133.* Unicum exemplar, quod possideo, reperi 1. Julii (sociis **945** etc.) ad pedem monticuli *Czartowska skała* in trunco vicini fageti.

**192. Depressa** *Esp. HS. II. 159; H. 96; OT. III. 132.* Unum specimen 30. Junii (comitibus: **238, 566, 424, 986, 1098, 690** etc.) prope *Hołosko* in querceo fruticeto collinorum *Zapole et Mostki.* *)

*Proveniunt in Europa media; a Petropoli usque ad merid. latera Alpium, ab Anglia ad Transsylvaniam usque. Orientali Rossiae Sibiriae et regionibus inter silvam Hercyniam et flumen Oderam desunt.*

## Oeonistis *Hüb.*

**193. Quadra** *L. OT. III. 126; HS. II. 161; H. 101, 102.* Hucusque singula spec. Julio *Samboriae* (una cum: **270** etc.) in sepe pomarii, prope *Janow* (vide **998.**) inter frutices querceos collinorum *Szyp*, et in promontoriorum *Urycz* intersilvatico pratulo, 2958 p. v. (Kbg.) elato.

*In Europa media et australi; ab Anglia usque ad Wolgam inferiorem, a Smaelandia Curlandiaque usque ad Italiam inferiorem.*

## Gnophria *Steph.*

**194. Rubricollis** *L. OT. III. 142; HS. II. 161; H. 94.* Provenit in collinis quercetis *R g*, *P.*, *Kor.*, *P. R.*, in silvigeris promontoriis *Spas*, nec non in pratulo fageti in summo monte *Magóra.* Junio et Julio; ubivis semperque rara.

*Ab Anglia ad Altaium usque, ab Uplandia usque ad Pedemontium Transsylvaniamque. Ad Wolgam. Nullibi frequens.*

# Chelonides *B.*

## (Arctiidae Steph. Euprepiae Led.)

## Emydia *B.*

**195. Grammica** *L. OT. III. 306; HS. II. 149.* Unum specimen (sociis: **432, 929, 892, 1219, 1240,** etc.) in collinorum *Zapole* querceo fruticeto 4. Junii percussione humilium herbarum, in quibus Gr. Chelonidum more delitescebat.

*In media et austr. Europa, in Sibiria Orienteque: a Stockholmia ad Cyprum usque, ab Anglia usque ad Altaium.*

---

*) *Helveolam et Depressam Clariss. Speyer habet pro mare et femina unius ejusdemque speciei.*

http://rcin.org.pl

## Euchelia *B*

**196. Jacobaeae** *L. OT. III. 154; HS. II. 151; H. 112.* Hucusque specimen unicum (simul cum 328.) 9. Junii in summo pratulo collini fageti *Swińka* in *Hołosko* prope *Leopolim.*

*In Europa (excepto sept. extremo), in Sibiria et in Asia minore; a Suecia media et Livonia usque ad Siciliam et Patara in Asia minore, ab Anglia usque ad Altaium.*

## Nemeophila *Steph.*

**197. Russula** *L. OT. III. 309; HS. II. 148; H. 124, 125.* Copiosa Majo — Julio per omne terr. usque ad humiliores montes in pratis subsilvaticis nemorumque herbosis. Feminae rariores esse videntur, nam difficulter etiam iis inveniuntur locis, in quibus mares ad taedium sunt frequentes.

*Viget in maxima Europae parte conterminaque Asia; a Suecia Petropolique ad Italiam mediam usque, ab Anglia usque ad Altaium.*

**198. Plantaginis** *L. OT. III. 312; HS. II. 147; Hüb. 126 — 128.* Speciem hanc, quae rara est universim in Halicia mireque et apud nos mutat colores, legi hucusque aliquot tantum exemplaribus. Varietates eius praestantiores sunt:

*a*) „*alis poster. albis, limbo maculisque duabus nigris.*“ Unum marem (sociis 185 etc.) 15. Junii *Samboriae* in pomario, qui gramini insidebat.

*b*) „*alis poster. nigris, facia ante limbum maculaque anali albis.*“ Junio in cacumine collis *Cz. sk.* marem unum, qui inter herbas lalebat. Alia meae collectionis specimina, quae item Junio circa *Leopolim* legi, prope ad normalem accedunt speciem.

*In Europa Sibiriaque; ex borealibus Scandinaviae regionibus usque ad Vandalitiam et Caucasum, ab Anglia ad Altaium usque.*

## Callimorpha *Latr.*

**199. Dominula** *L. OT. III. 316; HS. II. 151; H. 117. 118.* Extremo Majo legi in betuleti *Lwowiec* herboso margine numerosas erucas, quae mox pupae factae, 15. Junii pulcherrimos praebuerunt papiliones. Sub finem Junii inveni D. frequentem prope *Stupnica* in solida Abietis pect. silvula *Jedlina* et pluria spec. 21. Julii in querceto *R. g.* In silvaticis circa *L.* invenitur D. non raro mense Junio.

*Colit Europam Orientemque; a Lapponia usque ad Calabriam, ab Anglia ad Uralum usque.*

http://rcin.org.pl

**200. Hera** *L. OT. III. 319*; *HS. II. 151*; *H. 116*. Solitarie Julio *Samboriae Leopolique* in hortis; praeterea in sterilibus collinorum *Na Popowiczowym* prope fornacem calcariam in *Hołosko*.

*In Europa australi, Oriente et in Aegypto inferiore; a litoribus occid. Galliae usque ad Uralum Persiamque meridionalem, a silva Hercynia usque ad Nilum insulamque Rhodum.*

## Pleretes *Lederer.*

**201. Matronula** *L. OT. III. 327*; *HS. II. 150*; *H. 138. 139*. Duos pulcherrimos mares reperire mihi contigit semel 12. Junii 1859, prope *Janow* (sociis 1309 etc.) in florido pratulo, pineto *R.* et segetibus interposito, ubi abditi latebant inter herbas, et ex his percussis sursum avolabant. Auctore Inclyto Czerny *) edit Matr. peculiarem sonum, quae facultas ad id tempus de sola Acherontia nota erat.

*In Europa media; a Livonia et litoribus Balticis usque ad Alpes maritimas et Transsylvaniam, a Lotharingia ad Uralum usque. Ubivis rara. In Scandinavia, Britannia, Hollandia, Belgia etc. non occurrit.*

## Arctia *Steph.*

**202. Caja** *L. OT. III. 335*; *HS. II. 147*; *H. 130. 131*. *Samboriae Leopolique* in hortis Junio; infrequens.

*In Europa, Sibiria Californiaque; a Lapponia usque ad Sardiniam, ab Anglia usque ad Altaium — imo orient. oras Sibiricas.*

**203. Villica** *L. OT. III. 330*; *HS. II. 148*; *H. 136*. Jisdem in locis et tempore, ac prior, sed *Leopoli* frequentior.

*A Livonia usque ad Siciliam et insulam Rhodum, ab Anglia per Caucasum et Casanum ad Uralum usque.*

**204. Hebe** *L. OT. III. 339*; *HS. II. 146*; *H 129. 196*. In coll. querceto *Korycina* prope *Hołosko* nonnullis annis frequens. *Samboriae et Leopoli* rarissima. Junio.

*A Holsatia usque ad Italiam inferiorem, a Parisiis per Europam et Asiam usque ad Altaium. In Britannia, Hollandia, Belgia et in Germaniae boreali — occid. parte non provenit.*

**205. Aulica** *L. OT. III. 324*; *HS. II. 146*; *H. 139*. Unum marem gramini insidentem detexi semel 2. Junii inter *L. et W.*, in aprico pratulo silvatico frequentibus Quercubus limbato. Eodem die legi in his regionibus sequentia lepidoptera: 13, 19, 27, 32, 35, 60, 70, 73, 76, 78, 91, 94, 107, 113, 156, 187, 188, 197,

---

*) *Verhandlungen der k. k. zoolog. bot. Ges. in Wien. Vol. IX. pag. 19.*



http://rcin.org.pl

206, 208, 269, 288, 301, 304, 320, 398, 407, 409, 411, 446, 453, 463, 467, 478, 485, 493, 510, 512, 531, 551, 557, 559, 586, 564, 570, 597, 604, 622, 623, 628, 636, 663, 677, 683, 691, 701, 705 — 708, 717, 718, 730, 744, 773, 777, 779, 783, 803, 816, 820, 860, 873, 875, 886, 894 — 896, 900 — 902, 928, 947, 953, 999, 1024, 1045, 1040, 1048, 1049, 1059, 1061, 1073, 1076, 1138, 1149, 1197, 1190, 1210 1262, 1271, 1297, 1298 etc.

*In Europa (exceptis extremis bor. et merid. terris), in Sibiria Asiaque minore; a Petropoli et Stockholmia usque ad Toscanam, a Lotharingia ad Altaium usque. Britanniae, Hollandiae, Belgio et boreali — occid. Germaniae deest.*

**206. Lubricipeda** *SV. OT. III. 358*; *HS. II. 143*; *H. 155, 156.* Quotannis copiosa Junio *Samboriae et Leopoli* in hortis, rarius in silvaticis. Pluria specimina obvia mihi fuerunt 2. Julii in pago *D.* (sociis 1195 etc.).

*In cuncta fere Europa; a Petropoli et Suecia usque ad Corsicam, ab Anglia usque ad provinciam Orenburg.*

**207. Purpurea** *L. OT. III. 322*; *HS. II. 148*; *H. 142.* Aliquot exemplaria Junio circa *Leopolim* in silvaticorum graminosis.

*In Europa media, Sibiria et in Asia minori; a Parisiis usque ad Caucasum et Altaium, a litoribus Balticis usque ad Pedemontium.*

**208. Menthastri** *SV. OT. III. 354*; *HS. II. 143*; *H. 152, 153.* Vulgaris Lubricipedae comes.

*In Europa (excepto sept. extremo) et in Asia occid; a Suecia et Petropoli usque ad Sardiniam et Transcaucasiam, ab Anglia usque ad Altaium.*

**209. Urticae** *Hüb. 154*; *OT. III. 357*; *HS. II. 143.* Semel unam feminam 15. Junii 1853 in coll. querceti *Pawłówka* fruticosis.

*Habitat in Europa a Petropoli usque ad Pedemontium et Transsylvaniam, ab Anglia usque ad provinciam Orenburg. Palatinatui, Magno Duc. Badenensi, Alsatiae, Regno Wurtemburgico etc. deest.*

**210. Mendica** *L. OT. III 351*; *HS. II. 143*; *H. 148, 149.* Hucusquae unum par (sociis 238. 690. etc.) 30. Junii in querceo fruticeto collinorum *Zapole* prope *Leopolim.*

*Per maximam Europae partem usque ad Sibiriam; a Petropoli et Stockholmia usque ad Italiam mediam, ab Anglia ad Altaium usque. Holsatiae et Silesiae inferiori deest.*

## Phragmatobia *Steph.*

**211. Fuliginosa** *L. OT. III. 346*; *HS. II. 142*; *H. 143.* Vulgaris in sepibus (una cum 298. 346. etc.) *Samboriae Leopolique* Aprili et Majo. Hiemantes in latebris erucae conspiciuntur jam

http://rcin.org.pl

primi verni diebus pulchris, quamquam nives brumales nondum deliquescuerunt et solum adhuc congelatum est.

*Incolit Europam, Sibiriam, Orientem, Californiamque. A Lapponia usque ad Sardiniam et Asiam minorem, ab Anglia usque ad Altaium et Caucasum.*

## Notodontides *B.*

### Harpyia *O.*

**212. Vinula** *L. OT. III. 20; HS; II. 119; H. 34.* Obvenit solitarie in hortorum septis circa *S. et L.*, porro in querceto pagi *R. g.* Tempus vigendi m. Junius.

*In Europa, Asia occid. et Africa boreali; a Lapponia usque ad Algerium, ab Anglia usque ad Sibiriam Transcaucasiamque.*

**213. Erminea** *Esp. OT. III. 24; HS. II. 119; H. 35.* Reperitur in supra nominatis localitatibus haud vulgate quidem, attamen summatim frequentius quam Vinula. Viget Majo-Julio.

*A Livonia usque ad Pedemontium, a Parisiis ad Wolgam usque. Ubivis rara. Scandinaviae, Hollandiae, Britanniae et boreali-occid. Germaniae deest.*

**214. Furcula** *L. OT. III. 32; HS. II. 118; H. 39.* Tria specimina, quae in collectione habeo, exierunt Majo ex pupis, quas *Samboriae et Leopoli* in pomariorum sepibus, e tabulis factis, reperi. Autumno anni 1859. inveni *Leopoli* satis multas erucas.

*A Lapp. usque ad Toscanam, ab Anglia ad Casanum usque.*

**215. Fagi** *L. OT. III. 39; HS. II. 120; H. 31.* (*Stauropus Fagi*). „*Alis fusco cinereoque mixtis, ant. strigis 2 flexuosis lutescentibus* (*posteriore ultra costam alarum post. producta*), *serie punctorum nigrorum pallidae lineae undulatae maculari adnatorum; ciliis in venis albo sectis.*" *27.*" Hactenus semel unum marem in querceto *B.* 23. Junii (sociis: 28, 35, 27, 89, 258, 281, 623, 700, 728, 729, 734, 733, 749, 759, 763, 798, 800, 802, 803, 817, 822, 828, 883, 903, 928, 1213, 1214, 1304 etc). Stauropum Fagi nequaquam in Halicia rarum esse, ex hac re conjiciendum esse puto, quod ejus erucas quamquam non frequentes tamen aliquot speciminibus circa *L.* in Fagis et Quercubus repererim, quum Septembri fagetum in *Liś.* et quercetum in *B.* perscrutabar.

*A Suecia et Liv. u. a. Neap. Iberiamque, ab Anglia u. a Wolgam et Caucasum.*

### Notodonta *Tr.*

**216. Dictaea** *L. OT. III. 63; HS. II. 123; H. 22.* (*Leiocampa Dictaea*). Specimina plura *Samboriae* in arbustis ambulacrorum *Wychylówka* et *Leopoli* in hortis. Viget Majo.

*A Petropoli usque ad Liguriam, ab Anglia usque ad Sibiricos fines.*

http://rcin.org.pl

**217. Ziczac** *L. OT. III. 48*; *HS. II. 124*; *H. 26.* Exemplar alterum *Samboriae* in pomarii septo, alterum in fruticoso alneto, silvatica *R. g.* vestiente. Volat m. Aug. simul cum: **418, 85** etc.

*A Lapponia usque ad Sardiniam, ab Anglia ad mediam Wolgam usque.*

**218. Dromedarius** *L. OT. III. 53*; *HS. II. 124*; *H. 28.* Aliquot specimina initio Junii (simul cum: 863, 295, 1309) in pomariorum sepimentis et silvaticis circa *S.*, *L.*, *J.*

*A Petropoli et Stockholmia usque ad Sabaudiam, Carniolam et Transsylvaniam, ab Anglia in Casanum usque.*

**219. Ruficornis** *Hufgl.* (*Chaonia SV*). *OT. III. 82*; *HS. II. 122*; *H. 10. 11.* Semel exemplar unicum in trunco Populi tremulae in mixtis silvaticis pagi *R. g.* ineunte Majo simul cum: **5, 9, 10, 13, 75, 76, 112, 128, 129, 144, 154, 156, 166, 197, 211, 214, 216, 219, 224, 226, 229, 231, 236, 242, 249, 252, 290, 291, 331, 346, 349, 372, 375, 379, 384, 478, 485, 527, 533, 536, 550, 572, 575, 582, 596, 599, 601, 612, 637, 706, 979, 1007, 1044, 1061, 1106, 1116, 1248, 1318, 1319.**

*In Europa media, a litoribus Balticis usque ad Helvetiam, Pedemontium et Liguriam; a Parisiis et Anglia usque ad Wolgam inferiorem. Incola quercetorum.*

**220. Crenata** *Esp. OT. III. 79*; *HS. II. 117*; *H. 12.* (*Glyphidia Crenata*). „*Alis fuscis, cinereo mixtis, anter. striga baseos abbreviata duabusque mediis crenatis nigricantibus pallideque adumbratis* (*posteriore alas post. percurrente*), *lunula areae mediae lineaque undulata pallidis, hac extus nigro-marginata*; *post. in angulo ani obscurioribus.*“ *14.*''' Hactenus obvia mihi fuerunt per 5 annos specimina **4**; tria *Samboriae* in pomariorum septis, quartum in Alno glutinosa silvaticorum pagi *R. g.* Omnia haec specimina inveni mense Junio: Aprili eam frustra ad id tempus quaesivi.

*A Braunberg in Borussia u. a. Vandalitiam, ab Anglia u. ad Transsylv. Rara.*

**221. Plumigera** *SV. OT. III. 71*; *HS. II. 121*; *H. 13. 250.* (*Ptilophora Plumigera*). „*Varians*; *alis ant. ochraceis, striga duplici media pallidiore, anteriore subobsoleta, posteriore distinctiore*; *vel*: *alis ant. ferrugineo fuscoque mixtis, area media fusca. Antennis maris plumosis.*“ *16—18 1/2.*''' Speciem hanc possideo tribus speciminibus; ambo ochracea (marem et feminam) reperi in Betulis silvarum frond. circa pagum *Liś.*, tertium marem, area media fusca insignitum, in fageto mixt. silvarum pagi *R. g.* Tempus vigendi est m. Aprilis; Octobri eam hactenus non inveni.

*In Europa media ab ostiis Albis ad Galliam merid. et Carinthiam usque, a Britannia ad Livoniam et Transsylvaniam usque. Infrequens.*

http://rcin.org.pl

**222. Bicolora** *SV. OT. III. 73*; *HS. II. 124*; *H. 18.* (*Microdonta Bicolora*). „*Alis niveis, anterioribus strigis 2 macularibus nigris, anteriore fasciae fractae aurantiacae adnata.*" *17.'''* Decoram hanc speciem reperi hactenus 8 speciminibus. Agit vitam solitariam in silvis frondosis circa *R. g.*, *Stup.*, *H.* Volat in terris nostris m. Majo et Junio (simul cum: 1086, 863, 328 etc). In *Samboriae* pometis obvium mihi fuit per 6 annos specimen unum.

*A Succia merid. et litoribus Balticis usque ad Vindobonam, a Parisiis usque ad Livoniam et Casanum. Rara. Daniae, Hollandiae et Britan. deest.*

**223. Sieversii** *Schauffelberger in lit.* (*Odontosia Sieversii*). Descripta a Celeb. M. E. Mènètriès in Etudes entomologiques, Helsingfors 1856, pag. 42. *) „*Alis ant. elongatis cinereo-albidis, ferrugineo mixtis, fascia media dentata subobscuriore, antice dilatata* (3''') *maculisque costae albidis* (*in strigas obsolet. continuatis*) *utrimque terminata*; *postice coarctata* (3/4''') *denticuloque dorsali nigricante finita, venis passim subnigris posticeque sagittas exhibentibus, linea limbali fusca, flexuosa, ciliaque albida in venis dividente*; *post. fuscescentibus, striga submedia albida antice obsoleta, ad dorsum distincta, angulo ani fusco-griseo, ciliis albo fuscoque variis*; *subtus al. omn. ferrugineis, striga post medium distincta albida percurrente.*"

Latitudo inter alas expansas 21—24.''' Antennae ferrugineae, maris pectinatae, fem. filiformes. Corpus coloris lanae analis in Chrysorrhoea. Scapulae pilis erectis albidis, nigro terminatis. Costa dorso longior limbus subrotundatus, nullo dente angulove. Alae semipellucidae, ant. cinerascentes, inaequaliter ferrugineo mixtae, ad costam in utroque sexu obscuriores. Area media, quoque subobscurior, obliquam fasciam dentatam refert, quae utrimque strigis obsoletissimis pallidis, in maculis costalibus (quarum post. distinctior) incipientibus, marginatur et in breviusculum dentem pone dorsi medium excurrit. Striga post. in alas post. continuatur; ambae subtus bene expressae. Dentes in margine fasciae externo cum obscuris venis (fasciam ter dissecant.) collabuntur constituuntque cum his sagittas, quarum praecipue 2 superiores in mare distinctissimae. Linea undulata non conspicua. Ceterum omnia ut in diagnosi. Mas et fem. pares, nisi quod haec major paulloque dilutior.

Formosissimum hoc lepidopteron quod hactenus pluribus tantum speciminibus circa Petropolim et Moscoviam m. Aprili est captum, in Halicia prope *Leopolim* in campestri betuleto *Zubrze* die 30. Martii a. 1859. detegere mihi fortuna favit. Quinque specimina pulcherrima (3 mares, 2 fem.), quae nominato die (in societate frigoris patientiorum specierum: 240,

---

*) *D. Lederer ejus mentionem facit in suo tractatu* „Lepidopt. Mittheilungen über die *Ochsenheimer'sche* Gattung *Notodonta*, *Berliner Ent. Zeitung Vol. II p. 357*, *addit tamen, se eam in natura non vidisse. In aliis, quantum novi, operibus, post annum 1856 in publicum editis, non commemoratur, quam ob rem hactenus paucissimis tantum Lepidopterologis nota esse videtur. Secundum D. Ménétriés gloriantur Odontosia Sieversii musea DD.* Bremer (*primus detector*), *Schauffelberger. Sievers. Albrecht, Iven. Ex meis 5 speciminibus unum par Sincerrimis meis Amicis Henrico Zimmermann et Josepho Mann memoriae causa dono dabam.*

http://rcin.org.pl

436, 437, 518, 519, 523 524, 572. 575, 600, 829, 914, 921, 1008, 1010) reperi, circa vesperam, nivalem et frigidam, ex pupis prodierant pandebantque singula et dispersa haud procul a silvae marginibus ad radices juvencarum Fagorum, quae hic passim uti inquilinae spontaneae salutantur. In Betulis, quas pari modo adcurate attenteque circumspectavi, nullum exemplar vidi. In quiete alas anticas ita complicat, ut conniventes margines interiores cum solito denticulo supra tergum eleventur. Acu transsuta motu valde est tarda, acsi mortuam simularet. Puparum thecas neque in truncis neque ad radices invenire potui, quamquam diligenter quaesiveram; idcirco tempore etiam dicere non possum, utrum pupae sint folliculo inclusae, foliis quisquiliisve alligatis involutae, in terra sepultae, vel humi absconditae, metamorphosis igitur fiat sub terra, an supra eam. Mense Aprili saepissime idem betuletum et confine quercetum in pago *Bednarówka* pervestigabam, sed ne unum quidem Sieversii exemplar mihi jam obvium fuit, quam ob rem eam etiam in terris nostris haud frequentem esse censeo. Quum demum Sieversii in betuleto *Zubrze*, quod praeter corytela, rubeta, aliquot Fagos et Quercus nullam aliam agnoscit arbusculam, haud dubie procreata sit omniaque specimina capta in Fagis sederent, ad veritatem accedere videtur, erucas e Fago silvatica, forsan et e Betula alba victitare.

**224. Camelina** *L. OT. III 58*; *HS. II. 126*; *H. 19.* (*Lophopteryx Camelina*). Obvenit in *Samboriae* hortis, in ambulacris *Wychylówka*, et in silvaticis *R. g.* Summatim satis frequens, attamen quotannis solitaria dispersaque. Viget m. Majo et Junio.

*A Lapponia usque ad Pedemontium, ab Anglia usque ad Sibiricos fines.*

**225. Cucullina** *SV. OT. III. 55*; *HS. II. 126*; *H. 20.* (*Lophopteryx Cucullina*). „*Alis ant. ochraceis, juxta dorsum et ad apicem ferrugineis, limbo albido; poster. litura anali obscura.*“ *17.*'' Specimen unicum in Populi tremulae trunco in silvaticis pagi *R. g.* 19. Maji sociis Thyatira Batide etc.

*Ab Anglia usque ad Transsylvaniam, ex Berolino in Carniolam usque. Ubivis rara.*

**226. Palpina** *L. OT. III. 69*; *HS. II. 127*; *H. 16.* (*Pterostoma Palpina*). Reperitur frequenter in hortorum septionibus ubique circa *S. et L.* Prima generatio Majo initioque Junii, secunda Julio.

*A Petropoli usque ad Sardiniam, ab Anglia in Uralum usque. Ad Pekingum.*

## Pygaera *B.*

**227. Bucephala** *L. OT. III. 235*; *HS. II. 128*; *H. 194. 195.* Frequens Junio Julioque (solitaria jam Majo) *Samboriae Leopolique* in pomariorum septis Salicumque truncis. Erucae autumno ubivis circa *L.* frequentissimae inveniuntur.

*In fagetis a Lapponia u. a. Siciliam, ab Anglia u. a. fines Sibiricos.*

**228. Bucephaloides** *OT. III. 238. HS. II. 128*; *H. 267, 268.* Consimilis et affinis speciei priori, a qua macula media magna ovali et macula apicis cellulam tertiam fere totam occupante differt. Hactenus inveni semel unum par in copula *Leopoli* in muro Judaeorum sepulcreti medio m. Junio simul cum speciebus: 311, 315, 316, 307, 269, 264, 282, 267, 255, 250, 252, 226, 227, 188, 141, 139,

http://rcin.org.pl

202, 198, 154, 164, 145, 118, 119. Praeterea conspexi B. una cum Bucephala in pluribus antiquis farraginibus ex Leopolitanis papilionibus factis, unde sequitur, B. et ab aliis Leopoli repertam esse.

*Secus Vindobonae, in Hungaria et Transsylvania, in Gallia australi et ad Wolgam (Sarepta). Rara.*

## Clostera *Steph.*

**229. Reclusa** *SV. OT. III. 228; HS. II. 129; H. 90.* Vulgaris *Samboriae et Leopoli* in hortis Majo.

*In boreali et media Europa; a Lapponia usque ad Liguriam, ab Anglia ad Uralum usque.*

**230. Anachoreta** *SV. OT. III. 230; HS. II. 129; H. 88.* Reperitur iisdem ac prior locis et tempore.

*A Petropoli usque ad Calabriam, a Parisiis usque ad Wolgam.*

**231. Curtula** *L. OT. III. 232; HS. II. 129; H. 89.* Vulgaris Majo circa *Samboriam Leopolimque* in hortorum sepibus, rarius in silvaticis.

*Per maximam Europae partem; ab Anglia usque ad Petropolim et a Stockholmia usque ad Adjacium Corsicae. Praeterea in oriente borealis Americae.*

**232. Anastomosis** *L. OT. III. 226; HS. II. 129; H. 87.* Semel unum specimen *Samboriae* in horti sepimine 30. Maji simul cum: 222, 254, 156, 176, 862. praeterea vide 1086 etc.

*A Lapponia usque ad Pedemontium et Transsylvaniam, a Parisiis ad Altaium usque. Boreali — occid. Germaniae, Hollandiae et Angliae deest. Ubivis rara.*

---

# Cymatophoridae *HS.*

## Gonophora *Bruand.*

**233. Derasa** *L. OT. V. 2. 165; HS. II. 170, H. 66.* Specimina duo *Samboriae* in sepe 6. Junii 1855. simul cum: 111, 119, 129, 128, 139, 145, 164, 202, 203, 206, 208, 226, 227, 230, 244, 245, 249, 250, 252, 261, 268, 269, 271, 276, 280, 290, 291, 297, 314 — 316, 320, 329, 332, 379, 383, 391, 421, 480, 506, 530, 531, 580, 627, 813, 815, 849, 1106.

*Secus in Germania, Anglia, Gallia, Uralo, Casano, Baskiriaque*).*

---

**) Geogr. distributionem specierum 233—1350 sumsi ex operibus: Treitschkii, Kochi Herrich — Schäfferi et Zelleri.*

http://rcin.org.pl

## Thyatira *O.*

**234. Batis** *L. OT. V. 2. 162*; *HS. II. 170*; *H. 65.* Exemplar unum 19. Maji 1854 inter Rubi idaei frutecta, luxuriantia regionatim in mixta silva *Radłowice górne.* Hac excursione sequentes ceterum legi papiliones: **24**, 32, **41**, **60**, 97, **102**, **112**, **128**, **129**, **155**, **156**, **189**, **211**, **214**, **225**, **226**, **235**, **252**, **256**, **290**, 298, **315**, **349**, **398**. **413**, **472**, **474**, **478**, **486**, **491**, **501**, **502**, **514**, **536**, **544**, **550**, **644**, **572**, **575**, **587**, **599**, **601**, **612** — **614**, **620**, **623**, **683** — **686**, **700**, **777**, **782**, **705**, **708**, **803**, **816**, **831**, **836**, **844**, **852**, **853**, **854**, **875**, **894**, **896**, **897**, **900** — **902**, **928**, **947**, **953**, **1038**, **1043**, **1119**, **1248**, **1249**, **1252**, **1295**, **1319**.

*Secus in Suecia, Anglia, Gallia, Germania et in Casano.*

## Cymatophora *Tr.*

**235. Ocularis** *L.* (*Octogesima Hüb. 209.*) *OT. V. 1. 95*; *HS. II. 169.* Unum exemplar (sociis **234** etc.) 19. Maji percussione Quercus in coll. silva *Radłowice górne.*

**236. Or** *SV. OT. V. 1. 98*; *HS. II. 169*; *H. 210.* Sat frequens in hortorum sepibus *Samboriae et Leopoli*, praeterea in coll. silvis circa *R. g.*, *Stup.*, *et H.*, ubi plerumque in Fagorum Alnorumque degunt truncis. A 4. Aprilis ad 2. Junii.

**237. Duplaris** *L.* (*Bipuncta Borkh.*) *OT. V. 1. 92*; *HS. II. 170*; *H. 211.* Solitarie in silvaticis circa *H. et R. In R. g.* rarissima (vide **258**). Junio et Julio. Incola Quercuum.

**238. Fluctuosa** *Hüb. 212. OT. V. 1. 94*; *HS. II. 170.* Hucusque contigit mihi tria tantum invenire specimina; ex his duo (comitibus **451**. etc.) initio Julii in silva *Radł. górne*, tertium 30. Junii prope *Leopolim* ad frond. silvae marginem in *Hołosko* (sociis: **16**, **27**, **28**, **35**, **50**, **89**, **125**, **130**, **152**, **153**, **169**, **174**, **182**, **187**, **188**, **190**, **192**, **197**, **204**, **210**, **237**, **320**, **324**, **406**, **424** **427**, **430**, **432**, **434**, **458**, **491**, **493**, **513**, **514**, **529**, **548**, **559**, **562**, **566**, **570**, **581**, **584**, **588**, **598**, **613**, **623**, **624**, **627**, **661**, **667**, **681**, **728**, **729**, **738**, **747**, **749**, **758**, **763**, **777**, **802**, **803**, **828**, **879**, **902**, **928**, **947**, **848**, **951**, **986**, **987**, **1033**, **1066**, **1082**, **1088**, **1091**, **1092**, **1098**, **1206**, **1229**, **1237**, **1241**, **1248**, **1264**, **1350**. ceterum vide **680**.) In utraque regione collina degit Fluctuosa in silvaticorum marginalibus Quercubus, quibus interdiu percussis, non avolat sed Noctuarum more in humum decidit.

http://rcin.org.pl

*Octogesima reperitur secus circa Vindobonam, ad Rhenum, in boreali Germania, in Anglia et Gallia. — Or: ubivis in Europa et in Uralo — Bipuncta: in Anglia, Gallia boreali, Austria, Bavaria, in Uralo. — Fluctuosa denique: in Anglia, Gallia boreali, Bavaria et in Saxonia. Ubivis rarissima.*

### Asphalia *Hüb.*

**239. Diluta** *SV. OT. V. 1. 90; HS. II 169; H. 206.* Unum specimen 15. Sept. in campestri querceto *B.* percussione Cor. avellanae. Hac excursione legi sequentes species: **357, 360, 362, 431, 591, 594, 744, 800, 835, 853, 855, 837, 874, 877, 909, 910, 907, 906, 916, 917, 921, 922, 963, 1069, 1116, 1143, 1206, 1249, 1322**, etc.

**240. Flavicornis** *Esp. OT. V. 1. 100; HS. II. 169; H. 208.* Provenit solitarie *Samboriae* in pomariis et in Fagis in silva mixta *R. g.*, frequentius in truncis juvencarum Fagorum in campestri betuleto *Zubrze* (sociis: **223, 1008 — 1011** etc.). Martio Aprilique.

*Moneta provenit secus in Germ. merid., Hung., Italia, Gallia, Uralo, pr. Or. — Festucae: in bor. Europa, in Germ., pr. Or. — Jota: in Germ., Gallia bor., foederatis Americae civitatibus. — Circumflexa: in Germ., Gallia, Hung., Styria, Austria; secus in Asia et America boreali (Maryland, Delaware, Labrador.). — Chrysitis: ubivis in Eur., usque ad Lapp.; in ins. Canariis, reg. Transcauc., ad Lenkoran. — Gamma: per omnem Eur., usque ad Lapp. (HS.). Teste Inclyto Koch in pr. Or., in Caucaso, Asia minori, Caschmiro, m. Himalaicis, Japonia, Algerio, Aegypto, Nubia, Abyssinia, in America bor., nova Hollandia.*

## Heliothidae *B.*

### Heliaca *HS.*

**398. Tenebrata** *Scop.* (*Arbuti F., Heliaca SV.*). *OT. V. 3. 212; HS. II. 370; H. 316.* Vulgaris Majo ubique in pagis, silvaticisque pratis siccis et humidis a planitie in montosa usque (*Magóra.*).

*Secus regionatim in Europa media et austr.*

### Heliothis *Tr.*

**399. Dipsacea** *L. OT. V. 3. 220; HS. II. 366; H. 311.* Singula exemplaria **13.** et **26.** Sept. circa *R. g.*, quae tempore pomeridiano (una cum: **393, 397, 400, 401** etc.) agros Trifolio consitos pererraverunt. Extremo Aug. vidi praeterea D. montanos agros avenaceos in *Czarna*, et (socia **328**) **9.** Junii culta in *Hołosko* sole aestuante pervagari.

**400. Scutosa** *SV. OT. V. 3. 224; HS. II. 366; H. 309.* **13.** Sept. (sociis **393, 397, 440** etc.).

**401. Armigera** *Hüb. 370. OT. V. 3. 230; HS. II. 367.* **13.** et **26.** Sept. comitibus **440, 574, 399** etc. Hucusque inveni semel in pago *R. g.* spec. bina, quae ibidem per agros Trifolio consitos in sole mox volitabant, mox in floribus ad nectar sugendum paulisper assidebant.

*Dipsacea provenit in media australique Eur.; in Uralo, pr. Or., Baskiria. — Scut.: in meridionaliori Eur.; in Silesia, Austria, Hung., in Uralo, pr. Or., Bask. — Armig.: in Dalmatia, Hung., Gallia media et austr.; secus in Asia, Africa, America, Australiaque.*

### Chariclea *Kirby.*

**402. Umbra** *Hufgl.* (*Marginata Fabr.*). *OT. V. 3. 232; HS. II. 220; H. 185.* Mediis in silvis inter *Leopolim et Winniki* detexi

http://rcin.org.pl

semel ineunte Julio (una cum: 967, 1137 etc.) duo spec. obsoleta, quae in ramis vetustarum Quercuum longe a se distantium abdita latebant.

*Secus in Germ., in Uralo; rara.*

## Acontidae *B.*

### Acontia *Tr.*

**403. Luctuosa** *SV. OT. V. 3. 247; HS. II. 418; H. 305. 306.* Semel unicum spec. 3. Julii in sicco pratulo aprico ad marginem pineti inter *Janow et Lelechówka* (una cum: 408, 998 etc.).

*In Europa usque ad Succiam: in Germania, Hung. Italia, Gallia, Armenia, ad Lenkoran.*

## Noctuophalaenidae *B.*

### Thalpochares *Led.*

**404. Paula** *Hüb. OT. V. 3. 268; HS II. 440; H. 452.* Volitavit (una cum: 704, 833, ceterum vide 1309) copiose 12. Junii 1859 circa *Janow* prope humum in collis arenosi *Próchnik* siccis declivibus, parce plantis florae arenosae et hic illic Pinis silvestribus obsitis. 3. Julii e. a. iterum in hoc loco fui, sed ne unum quidem exemplar jam vidi. Sabuletis circa *Leopolim* Paula deest.

*In Eur. usque ad Germ. bor. (HS.) et Livoniam (Lederer); in Dalmatia, Italia, Hung., Uralo, Asia anteriore.*

### Erastria *Tr.*

**405. Bankiana** *Fabr.* (*Argentula Borkh.*). *OT. V. 3. 255; HS. II. 428; H. 292.* Vulgaris a fine Maji ad Julium in hortis, collinisque pratulis intersilvaticis circa *Samboriam Leopolimque.* Vagatur interdiu.

**406. Uncana** *L.* (*Unca SV.*). *OT. V. 3. 253; HS. II. 428; H. 293.* Reperitur in pratis humidis *P. L.* (sociis: 149 etc.), *St. wł.* (comitibus 1159 etc.), deinde in iis circa *Leopolim.* Extremo Junio initioque Julii. Ubivis rarissima.

**407. Candidula** *SV. OT. V. 3. 263; HS. II. 403; H. 295.* Degit solitarie in pratulis silvaticis circa *R. g., Leopolim et Janow* (hic sociis 1309 etc.). Junio.

**408. Deceptoria** *Scop.* (*Atratula SV.*). *OT. V. 3. 261; HS. II. 403; H. 296.* Volitavit frequentissime 12. Junii (sociis



http://rcin.org.pl

1309 etc.) minoreque numero 3. Julii (una cum: 998 etc.) in siccaneis apricisque ad marginem coll. pinetorum inter *Janow et Lelechówka* non procul a fornace calcaria.

**409. Pyrarga** *Hufgl.* (*Fuscula SV.*). *OT. V. 3. 275*; *HS. II. 403*; *H. 297.* Reperitur quotannis copiose in silvis frond. praesertim quercetis per omnes ditiones collinas et in promontoriis toto Junio (comitibus: 557, 466, 491, 468, 409, 510, 612, 717, 493, 330, 669, 685, 850, 446, 550, 613, 621, 700, 413, 411, 398, 774, 544, 597, 488, 766, 671, 936, 314, 648, 136, 227, 454, 843, 946, 293, 692, 1191, 1166, 1052, 1027 etc.).

*Bankiana provenit in Germ., in Uralo. — Uncana: in Eur. usque ad Sueciam; in Germ. merid., Hung., Helvetia, Gallia; in Uralo, Asia anter. — Candidula: in Hung., Germ. merid. — Decept.: in Austria, Germ., Uralo, prov. Or. — Pyrarga: in Germ., pr. Or.*

## Prothymia *Hüb.*

**410. Laccata** *Scop.* (*Aenea SV.*). *OT. V. 3. 274*; *HS. II. 432*; *H. 350.* Vulgaris in collinarum silvarum herbosis circa *R. g.* et *Leoplim*; praeterea solitarie in silvigerorum montium *Magóra et Hušla* pratis, quae 2500 ad 3500 p. v. elata esse censeo. Rectum volaturae tempus est mensis Majus; semel reperi L. pluribus exemplaribus et 19. Julii in betuleti *Lwowiec* excisis.

*Per Eur. usque ad Sueciam; in Uralo, pr. Or.*

## Agriphila *B.*

**411. Sulphuralis** *L.* (*Sulphurea SV.*). *OT. V. 3. 251*; *HS. II. 427*; *H. 291.* Vulgaris Junio in hortis, cultis, pratis, silvisque per omne territorium, exceptis montibus, quos mense Junio hucusque mihi non licuit visitare.

*In Europa usque ad Sueciam; Angliae deest. In Uralo, pr. Or., Bask., ad Lenkoran mare Caspium, et in Armenia adest.*

# Ophiusidae *HS.*

## Euclidia *Tr.*

**412. Mi** *L. OT. V. 3. 395*; *HS. II. 421*; *H. 346.* Quotannis frequens Majo et Junio in diversissimae naturae pratis per cunctum territorium usque ad plura millia elatos montes prouti: *Magóra* prope oppidum *Łomna* (sociis: 795 etc.) et *Werch Rozłucki in Wołcze* (hic una cum: 6 etc.).

http://rcin.org.pl

**413. Glyphica** *L. OT. V. 3. 390*; *HS. II. 422*; *H. 347*. Adest iisdem ac prior locis (excepto monte Magóra) et tempore, sed multo frequentius universim reperitur. In pratis *Kaminka* et *Zahariskie pole* circa *Wołcze* inveni Gl. (sociis 6 etc.) vulgatissimam.

*Ambae species incolunt univ. Eur. usque ad Sueciam; Glyph. volitat etiam in Transcaucasia et circa Lenkoran.*

## Catephia *Tr.*

**414. Alchymista** *SV. OT. V. 3. 323*; *HS. II. 405*; *H. 303*. Speciosum hoc lepidopteron reperi anno 1858 *Samboriae* in hortorum sepimentis duobus speciminibus; primum (sociis: 226, 227, 229, 245, 252, 259, 298, 293, 299, 327, 330, 397, 398 ceterum vide 993) 26. Maji, secundum (comitibus: 185, 813, 198, 127, 128, 264, 278, 274, 289, 318, 337, 384, 386, 322, 414, 584, 627, 647, 718, 976, 1039.) 15 Junii.

*Secus in meridionaliori Germania; rara.*

## Catocala *Schrk.*

**415. Fraxini** *L. OT. V. 3. 329*; *HS. II. 411*; *H. 327*. Degit solitarie mense Julio (sociis 281, 321) in arboribus pomiferis *Samboriae*. Ceterum reperi eam in silvaticis inter *L. et W.* uno specimine obsoleto 8. Sept. (una cum 922 etc.).

**416. Elocata** *Esp. OT. V. 3. 334*; *HS. II. 409*; *H. 494*. *Samboriae et Leopoli* solitarie in sepiminibus et muris. Julio.

**417. Nupta** *L. OT. V. 3. 337*; *HS. II. 409*; *H. 330*. Sat frequens *Samboriae et Leopoli* sub finem Aug. et Septembri in domuum parietibus.

**418. Sponsa** *L. OT. V. 3. 343*; *HS II. 410*; *H. 333*. Unum exemplar *Samboriae* in muro 14. Aug. una cum: 217, 397, 391, 390, 303, 116, 76.

**419. Promissa** *SV. OT. V. 3. 349*; *HS. II. 410*; *H. 334*. *Leopoli* in muro horti jaculatorii exemplar unum 1. Sept. (sociis: 376, 393, 171, 123, 271. .

**420. Electa** *Brk. Hüb. 331*; *OT. V. 3. 355*; *HS. II. 410*. Extremo Junio exemplar alterum (sociis 262 etc.) *Samboriae*, alterum Aug. *Leopoli* in muris.

**421. Paranympha** *L. OT. V. 3. 368*; *HS. II. 406*; *H. 336*. Sat frequens incola pomariorum *Samboriae* (vide 262, 344 etc.) *Leopolisque*. Juvenitur Junio et Julio.

http://rcin.org.pl

*Catocalae inveniuntur per Eur. usque ad Sueciam (415 — 418.) et Germ. mediam (419—421). Secus adest Frax. in Uralo. — Elocata: in Syria, Caucaso, prov. Talyche. — Nupta: in Uralo, pr. Or., Bask. — Sponsa: in Uralo, pr. Or. — Promissa in Uralo, Bask. — Electa in Somchetia.*

## Toxocampa *Guen.*

**422. Lusoria** *L. OT. V. 3. 289; HS. II. 414; H. 420.*
**423. Viciae** *Hüb. OT. V. 3. 293; HS. II. 416; H. 671—673.*

Singula ambarum specierum specimina, quae in collectione habeo, detexi 5. Junii in collino querceto *R. g.* simul cum: **155, 432, 445, 491, 480, 478, 467, 411, 409, 429, 426, 427, 564, 510, 512 650, 694, 613, 761, 683, 867, 718, 816, 847, 835, 817, 852, 933, 1003, 1045, 1047, 1054, 1022, 1076, 1113, 1125, 1131, 1101, 1295, 1135, 1327, 1300.**

*Lusoria incolit Austriam, Hung., Germ., Sueciam, Uralum. — Viciae: reg. ad Rhenum, secus Uralum, pr. Or.*

# Deltoidae *Guen.*

## Aventia *Dup.*

**424. Flexula** *SV. OT. VI. 4; HS. II. 434; H. 19.* Hucusque spec. singula prope pagum *Stupnica* in Abietis pectinatae solida silvula *Jedlina* (comitibus **746, 668, 791** etc.) et in silvis frond. circa *Leopolim* (sociis: **151, 1083, 238, 566, 690**, etc.) oppidumque *Janow* (hic simul cum: **998** etc.). Junio, Julio.

*Secus in Austria, Saxonia, Bavaria.*

## Boletobia *B.*

**425. Fuliginaria** *L.**) (*Carbonaria SV.*). *HS. III. 36; OT. VI. 1. 184; H. 151.* Unam feminam 20. Junii *Loepoli* in muro, unum marem (sociis **321** etc.) 16. Julii *Samboriae* in trunco Populi.

*In cuncta Eur. usque ad Lapp.; secus in Uralo, pr. Or.*

## Helia *Guen.*

**425½. Calvaria** *SV. OT. VII. 41; HS. 430; H. 23.* Semel tria specimina in mixtae silvae *R. g.* Alnis et Populis 8. Junii (simul cum: **21, 23, 26—28, 32, 53, 59, 80, 89, 91, 147, 197, 143, 187, 188, 269, 320, 314—316, 426—429, 431, 442, 443,**

---

*) *Species haec a Clariss. Lederer nuperrime Noctuis adnumerata est; vide: Berliner Ent. Zeitschrift, Vol. II., pag. 360.*

http://rcin.org.pl

**445, 446, 450, 453, 454, 461, 463, 465 — 468, 472, 474, 478, 547, 550, 612, 613, 620, 623, 677, 700, 733, 734, 749, 763, 767, 774, 777, 800, 802, 803, 826, 828, 843, 847, 873, 875, 888, 894 — 903, 928, 931, 936, 947, 978, 979, 981, 1037, 1038, 1053, 1060, 1062, 1069, 1105, 1113, 1166, 1189, 1192, 1211, 1213, 1215, 1217, 1218, 1221, 1222, 1225, 1224, 1226, 1228, 1229, 1239, 1244, 1279, 1283, 1296,** ceterum vide: **233, 1022, 1238.).**

*Secus in meridionaliori Germania in superiore Palatinatu, in Austria, Hungaria, Italia.* (*Rara.*).

## Zanclognatha *Lederer.*

**426. Tarsicrinalis** *Knoch. OT. VII. 13*; *HS. II. 384*; *fig. 611.* Vulgaris in silvaticis per omne terr. usque ad promontoria. Junio.

**427. Emortualis** *SV. OT. VII. 5*; *HS. II. 433*; *H. 1.* Quotannis solitarie sub finem Maji Junioque in frutecto betuleti *Lwowiec*, silvaticisque circa *Leopolim.*

*Tarsi. provenit secus in Germ., ad Vindob., Augustam Vindelic. — Emort.: in Germ., Hung., Dalmatia.*

## Madopa *Steph.*

**428. Salicalis** *SV. OT. VII. 34*; *HS. II. 426*; *H. 3.* Viget Majo — Julio in diversis silvis frond. fruticetisque regionum coll. *R. g.*, *Stup.*, *Cz. et L.* Non rara.

*Secus in Hung. Austria, Bavaria, Germania.*

## Herminia *Tr.*

**429. Tentacularis** *L.* (*Tentaculalis SV.*). *OT. VII. 11*; *HS. II. 385*; *fig. 607. 608*; *H. 6.* Frequens Junio Julioque in locis supra enumeratis et circa *Janow* (hic comitibus **1309** etc.).

**430. Derivalis** *Hüb. OT. VII. 7*; *HS. II. 383*; *H. 19.* Reperitur disperse et solitarie Julio in coll. quercetis *R. g.*, *P. R. et Kor.*

*Tentacul. provenit per Eur. usque ad Sueciam. — Deriv.: in Austria, Dalmatia, ad Ratisb.*

## Pechipogon *Steph.*

**431. Barbalis** *L. OT. VII. 15*; *HS. II. 383*; *H. 122.* Frequens Majo — Julio in silvis nemoribusque per cunctum coll. territorium, praeterea (una cum **6.** etc.) in pratis foenariis vallium montanarum prope *Wołcze.* Medio Sept. **1859** apparuit **B.** numerose in betuleto *Z.* loco, ubi Pop. tremula magnum per spatium crescit.

*Per Europam usque ad Sueciam.*

http://rcin.org.pl

## Bomolocha *Hüb.*

**432. Crassalis** *Fab. OT. VII. 24; HS. II. 426; H. 12. 27.* Venustum hoc lepidopteron initio Junii 1859. prope *Leopolim* in *Hołosko* detexi, identidemque id in collino fruticeto *Mostki* inveni, ubi libenter in umbrosis degit, juvencas Quercus inhabitat, frequensque esse videtur. Una cum Cr. legi in his regionibus sequentes species: 328, 1, 25, 26, 32, 47, 50, 73, 80, 91, 97, 113, 114, 143, 152, 188, 194, 228, 248, 353, 399, 405, 407, 409, 478, 502, 504, 505, 510, 513, — 515, 559, 613, 625, 667, 717, 718, 721, 816, 968, 969, 972, 1053, 1059, 1061, 1149, 1319.

*Secus in Hung., Germ., ad Vindob., in Livonia.*

## Hypena *Hüb.*

**433. Rostralis** *L. OT. VII. 29; HS. II. 425; H. 10. 134.* Quotannis solitarie ab Aprili ad Nov. in *Samboriae Leopolisque* domiciliis eorumque vicinia.

**434. Proboscidalis** *L. OT. VII. 22; HS. II. 426; H. 7.* Vulgaris Junio-Aug. in coll. pratis silvarumque umbrosis circa *R. g., Stup., Cz., L.,* et *Janow.*

*Rostralis reperitur per Eur. usque ad Sueciam. — Prob.: usque ad Lapp.*

## Rivula *Guen.*

**435. Sericealis** *Scop. SV. OT. VII. 125; HS. II. 447; H. 56.* Vulgaris Junio-Sept. in coll. silvaticis circuli *Samb.*, nec non in iis circa *L.* Anno 1856 apparuit Ser. sub finem Sept. magno numero in alneto populetoque in mixta silva *R. g.*

*Secus in Austria, Hung., Germ., Livonia.*

# Brephides *HS.*

## Brephos *Tr.*

**436. Parthenias** *SV. OT. V. 3. 379; HS. II. 450; H. 341. 342.*
**437. Notha** *Hüb. 343. 344; OT. V. 3. 383; HS. II. 450.*
Ambae hae species volitant mixtim socialiterque (N. vulgate, Part. minore numero) circa *Samboriam Leopolimque* in coll. betuletorum marginibus aliisque locis soli expositis jam primis veris diebus pulchris (12. Mart. 1855).

*Inveniuntur in universa fere Europa. Br. puella, quam primo vere anni 1857 frequentem vidi Vindobonae, Haliciae orientali deest.*

http://rcin.org.pl

# Geometroidae.

## Pseudoterpna *HS.*

**438. Pruinata** *Hufgl. (Cytisaria SV.). HS. III. 11; H. 2; OT. VI. 1. 120.* Provenit solitarie in coll. fruticosis querceti *P.*, et mixtis silvis ad pedem monticuli *Cz. sk.*; frequenter autem in campestri collini tractus *Janow* silvaticis et apertis, praecipue in Pin. silvestrium vicinia. Julio.

*Ubivis in Europa media et australi; secus in provincia Orenburg.*

## Geometra *B.*

**439. Papilionaria** *L. OT. VI. 1. 103; HS. III. 8; H. 6.* Agit vitam solitariam mediis in sivis frond. circa *R. g.* (vide 258) et *Leopolim.* Julio et Aug.

**440. Vernaria** *L. HS. III. 11; H. 7; OT. VI. 1. 101.* Hucusque unam feminam in coll. querceto *R. g.* initio Sept. (simul cum: **6, 12, 66, 67, 73, 123, 242, 309, 357, 361, 372, 375, 393, 397, 399 — 401, 417, 435, 583, 663, 665, 1107** etc.).

*Papil. provenit a Suecia usque ad Eur. mediam; secus in Uralo. — Vern.: a Lapp. usque ad merid. Eur.; in Italia, Anglia, Uralo.*

## Phorodesma *B.*

**441. Pustulata** *Hufgl. (Bajularia SV.) „Viridis, angulo anali alarum omnium flavo, ferrugineo-notato". HS. III. 9; H. 3 OT. VI. 1. 122.* Sub finem Junii initioque Julii 1856 reperi in coll. querceto *R. g.* specimina quinque (4 mares, 1 fem.). Una cum Pust. legi: **721, 722, 578, 1238, 425½, 460, 451, 238.**

*Secus localiter in Europa media; ad Augustam Vindelic.*

## Nemoria *Hüb.*

**442. Porrinata** *Zell. (Viridata Tr.) HS. III. 10; H. 11. 352; OT. VI. 1. 107.* Reperitur vulgate in pratorum subsilvaticorum herbidis, in nemoribus dumosisque per coll. ditiones *R. g.*, *Stup.*, *Cz. et L.* Majo rarior, Junio et Julio frequens.

http://rcin.org.pl

**443. Fimbriata** *Hufgl.* (*Aestivaria Hüb. Thymiaria SV.*). *HS. III. 10*; *H. 9*; *OT. VI. 1. 117*. Vulgaris Junio Julioque in coll. silvis frond. circuli *Samb.* et in iis prope *Leopolim*. Incolit et pometa.

*Ambae species inveniuntur usque ad Sueciam. Fimbriata adest etiam in Uralo.*

## Thalera *Hüb.*

**444. Thymiaria** *L.* (*Bupleuraria SV.*). *HS. III. 10*; *H. 8*; *OT. VI. 1. 114*. Unum specimen pulcherrimum 3. Julii prope *Janow* ad radices juvencae Pini silv. in colle Pr. pineto *R.* eminente, egena chloride arenosâ et solis Pinis silv. vestito. Una cum Th. inveni: 481, 494, 404, 704, 793, 794, 958, 959. 997. ceterum vide 998.

*In Europa usque ad Sueciam; secus in Baskiria.*

## Jodis *Hüb.*

**445. Putataria** *L. OT. III. 11*; *H. 10*; *OT. VI. 1. 112*. Quotannis copiosa praecipue in quercetis per cunctum territorium in promontoria usque. Extremo Majo totoque Junio.

**446. Lactearia** *L.* (*Aeruginaria SV.*). *HS. III. 11*; *H. 46*; *OT. VI. 1. 109*. Vulgaris iisdem in locis temporeque ac prior sed ubivis minore numero reperitur.

*Putat volitat a Suecia per univ. Eur. — Lact.: in Eur. media, pr. Or.*

## Acidalia *Tr.*

**447. Aureolaria** *SV. HS. III. 27*; *H. 62*; *OT. VI. 2. 266*. Vagabatur frequenter socialiterque 12. Junii (vide 1309) et 3. Julii (vide 998) prope *Janów* in sicco pratulo, quod in apricis declivibus calcariorum collinorum *Szyp* floret, et juvencis Quercubus, Fagis, Betulis, Pinis silv., Corylisque est cinctum. Excepto hoc loco eam nunquam et necubi in perlustrato territorio conspicere mihi contigit.

**448. Perochrearia** *FR. 49. HS. III. 19*; *OT. VI. 2. 6*; *H. 110*. Vulgaris Julio et Aug. in pratis et herbosis per omne terr. a pl. in alpes usque (*Pikuj, Paraszka, Zelemin*). Pluria exemplaria reperi semel mense Oct. in coll. silvaticis *R. g.*

**449. Ochreata** *Scop. HS. III. 20*; *OT. VI. 2. 6. FR. 50*. Hucusque semel unicum spec. 1. Aug. in prato uliginoso penes coll. quercetum *Wozn.* in *Stup.* (cum priore, ceterum vide 748.).

**450. Rufaria** *Hüb. 112. HS. III. 19*; *OT. VI. 2. 7*. Unum exemplar Junio percussione herbarum in coll. querceto *R. g.*

http://rcin.org.pl

**451. Moniliata** *SV. HS. III. 20*; *H. 59*; *OT. VI. 2. 290.* Unam feminam 11. Julii in coll. querceto *R. g.* (comitibus: 13, 83, 92, 93, 153, 186, 238, 298, 319, 429, 438, 441 — 443, 452, 509, 535, 583, 607, 659, 669, 703, 717, 718, 725, 749 — 751, 758, 764, 774, 783, 828, 869, — 871, 901, 912, 932, 1000, 1001, 1056 — 1058, 1066, 1069, 1075, 1084, 1126, 1131, 1146, 1174, 1179, 1198, 1227, 1283, 1308, 1336, 1343, 1346.).

**452. Muricata** *Hufgl.* (*Auroralis SV.*; *Auroraria Hüb. 63.*) *„Purpurea, maculis centralibus limboque fulvis". HS. III. 27*; *OT. VI. 1. 267.* Venustum hoc lepidopteron invenitur satis frequenter in coll. querceti *R. g.* lucidis et pratulis (simul cum: 153, 1260, 1259, 1211, 1174, 1171, 1146, 1139, 1136, 1079, 1078, 1056, 1027, 1000, 947, 928, 869, 828, 857, 803, 774, 764, 751, 766, 749, 727, 686, 675, 677, 451, 430, 319 etc.). Circa *Leopolim* inveni semel exemplar unicum (sociis 985 etc.) in coll. nemore adversus betuletum *K.* Volitat Julio.

**453. Pallidata** *SV. Byssinata Tr. VI. 2. 34 et 36*; *HS. III. 19. fig. 110 — 113*; *H. 96.* Toto Majo Junioque multa ubivis in pratulis silvaticis per cunctum terr. usque ad humiliores montes circiter 2000 p. v. elatos.

**454. Incanata** *L. HS. III. 16*; *H. 104. 106*; *OT. VI. 2. 281.* Frequens Junio Julioque in domiciliis, sepiminibus silvisque frond. coll. ditionum. 24. Julii obvia mihi fuerunt aliquot exemplaria (simul cum 6 etc.) in pometo montani pagi *Wołcze.*

**455. Bisetata** *Hufgl. HS. III. 16. f. 116*; *OT. VI. 2. 287.* Vulgaris Julio in coll. quercetis *Wozn.*, *R. g.* (vide 149. 258.), et circa *L.* Adest etiam *Samboriae* in pomariorum sepimentis. Julio.

**456. Rusticata** *SV. HS. III. 21*; *H. 241*; *OT. VI. 2. 44.* Hucusque semel 16. Junii spec. unicum (sociis 475. 1014 etc.) loco graminoso in coll. querceto *R. g.*

**457. Osseata** *SV. „Alarum ant. costa purpurea." HS. III. 18*; *H. 102*; *OT. VI. 2. 32.* Vagabatur frequenter socialiterque Julio 1859 in floridis apricisque declivibus siccorum collinorum *Szyp* (comitibus: 447. 998 etc.), porro in pratulo nemorali adversus coll. betuletum *K.* (hic sociis: 501½ 967, 1137, etc.). Secus nulibi mihi apparuit.

**458. Holosericeata** *Dup. HS. III. 19. f. 80, 81.* Vul-



http://rcin.org.pl

garis extremo Junio initioque Julii iisdem ac prior locis, praeterea in nardeto prope campestre betuletum *Zubrze*.

**459. Interjectaria** *B.* (*Dilutaria Hüb. 100*); *HS. III. 18. fig. 78, 79*; *OT. VI. 2. 281.* Hucusque reperi medio Julio in coll. querceto *R. g.* (una cum: **153, 258, 430, 472, 776, 1126, 1163, 1170, 1172, 1235, 1269**) spec. duo, quae ibidem inter herbas abdita latebant et ex his percussis velociter affugere conabantur.

**460. Rufillaria** *HS.* (*Rufularia FR.*). *HS III. 17, fig. 84, 85.* Unicum spec., quod in collectione habeo, cepi 30. Junii in querceto *R. g.*, humiliores herbas percutiens. Una cum Ruf. legi sequentes praeterea species: **67, 89, 91, 95, 98, 152, 157, 187, 188, 197, 261, 296, 320, 358, 396, 409, 427, 429, 435, 441, 442, 461, 491, 492, 544, 581, 593, 623, 652, 677, 681, 717, 718, 729, 733, 734, 737, 738, 747, 741, 749, 750, 751, 755, 763, 764, 765, 766, 767, 771, 774, 777, 800 — 803, 816, 819, 822, 823, 828, 835, 839, 847, 858, 873, 875, 877, 928, 947, 948, 950, 966, 986, 1002, 1012, 1016, 1027, 1049, 1069, 1076, 1125, 1138, 1149, 1163, 1166, 1171, 1179, 1196, 1206, 1209, 1213, 1215, 1218, 1221, 1222, 1224, 1225, 1228, 1229, 1239, 1241, 1243, 1270, 1279, 1281, 1283, 1296, 1303, 1308, 1327, 1338, 1346.**

**461. Aversata** *L. HS. III. 17. H. 56*; *OT. VI. 2. 268.* Vulgaris in silvaticorum excisis et herbosis per omne coll. territorium et in promontoriis. Extremo Junio et Julio. Variat magnopere.

**462. Emarginata** *L. HS. III. 28*; *H. 107*; *OT. VI. 1. 28.* Quotannis solitarie disperseque Julio in frond. prosilviis, nemoribus frutectosisque per coll. ditones *R. g.*, *Stup. et L.*

**463. Immorata** *L. HS. III. 25*; *H. 133*; *OT. VI. 1. 295.* Vulgatissima Junio in pratis et silvaticis per cunctum terr. usque ad promontoria. **24.** Julii vidi Im. frequentem in pratis *Kam. et Z. P.* mont. vallium circa *Wołcze.*

**464. Rubricata** *SV. HS. III. 22*; *H. 111*; *487*; *OT. VI. 2. 8.* Hucusque singula spec. Junio in planitiei *Samb.* aperto prato humido prope *Ka.* (socia **943**), porro in sicco pratulo herbido in collinorum *Szyp* declivibus apricis (hic una cum **447. 1309** etc.).

**465. Immutata** *L. HS. III. 24. fig. 101.*; *H. 108*; *OT. VI. 2. 278.* Solitarie Junio et Julio in coll. silvis frond. per ditiones *R. g.*, *Cz. et L.*

http://rcin.org.pl

**466. Mutata** *Tr. HS. III. 24; fig. 98. 99. 100; OT. VI. 2. 275.* Quotannis satis multa Junio in coll. silvaticis *R. g.*

**467. Remutata** *SV. HS. III. 22; fig. 86 — 90; OT. VI. 2. 273; H. 98.* Vulgaris Majo et Junio ubique locorum in silvatis usque ad promontoria, circiter 2000 p. v. elata.

**468. Subpunctaria** *HS.* (*Punctata Tr VI. 2. 305; Nemoraria Freyer*). *„Nivea, strigis obsoletis testaceis, limbo nigro-punctato". HS. III. 23. fig. 311 - 323.* Reperitur sat frequenter toto Junio praesertim in quercetis collinarum ditionum *R. g.* (vide 158.), *Cz.*, *Stup.*, *L. et J.* (vide 1309).

**469. Silvestrata** *Brkh. HS III. 23; fig. 103. 105; H. 97; OT. VI. 2. 306.* Singula specimina in *S.* sepimine (Junio), in coll. silva *R. g.* (14. Aug. una cum 58 etc.) et in pratulo coll. querceti *P.* (10. Julii sociis 908 etc.).

**470. Strigaria** *Hüb 95; HS. III. 26. fig. 114. 115; OT. VI. 2. 35.* Volitavit frequenter 3. Julii prope *J.* in floridis declivibus collinorum *Szyp* (sociis: 447, 658, 457, 458, 998 etc.).

**471. Nigropunctata** *Hufgl.* (*Prataria B; Strigilata H. 109*). *HS. III. 26. fig. 108, 109; Tr. VI. I. 25.* Toto Julio frequens in coll. sitvaticis circa *Stup.*, *R. g.*, *et L.* Volitat libenter in umbrosis pratulis humidiusculis.

**472. Paludata** *L* (*Ornata SV. Scop.*). *HS. III. 25; H. 70; OT. VI. 2. 283.* Vulgaris in silvaticis, fruticetis et pratis a fine Maji ad Aug. circa *R. g.*, *M.*, *L.*, *et J.*

**473. Scutulata** *SV.* (*Dimidiata Hufgl.*). *HS. III. 15; H. 72; OT. VI. 2. 288. Samboriae* in pariete domus semel 16. Julii singulum exemplar (una cum: 321, 425, 676, 657, 322 etc.).

*Aureol. invenitur secus in Helvetia, Sardinia, ad Vindob., Ratisb. — Perochr.: ad Ratisb., in Germ., Austria etc. — Ochreata: hic illic in Eur.; Ratisbonae deest. — Rufaria: in Austria, Germ., ad Ratisb.; secus ad Stanchio, in prov. Or. — Moniliata: in Eur. usque ad Sueciam, in Gallia merid., ad Ratisb. — Muricata: in Austria, Bavaria, Saxonia; Ratisbonae, Parisiis. (Rara.) — Pallidata: in Germ., Styria, ad Vindob., Ratisb.; secus in Uralo, pr. Or. — Incanata: per univ. Eur. usque ad Sueciam, secus in Algerio. — Bisetata: in Hung., Austria, ad Berolinum, Lenkoran, in Africa. — Rusticata: in Austria, Gallia. — Osseata: per omnem Eur. usque ad Sueciam; secus in Algerio, Baskiria, Uralo. — Holosericeata: ad Ratisb etc. — Interject.: in Austria, Gallia merid. (Rara.) — Rufill: in Austria.*

http://rcin.org.pl

— *Aversata: per omnem Eur., in prov. Or. — Emarg.: in Austria, Saxonia etc. usque ad Sueciam; in Uralo. — Immorata: hinc inde in Eur.; in Burgundia, pr. Or. Angliae et pluribus Germ. reg. deest. — Rubricata: in pluribus Eur. reg. usque ad Sueciam; ad Ratisb.; secus in pr. Or. — Immutata: in Germ.; secus in pr. Or. Ratisbonae deest. — Mutata: in Austria, ad Ratisb. — Remutata: per univ. Eur. usque ad Lapp. — Subpunct.: in Austria. — Silvestrata: hic illic in Eur., in Uralo. — Strigaria: in Eur. media; in pr. Or. — Nigropunctata: in Eur. media; ad Ratisb. — Paludata: per cunctam Eur. usque ad Sueciam; porro in Transcaucasia, ad Lenkoran, in Brussa, Phinika, Algerio. — Scutulata: in Germ., Gallia.*

## Zonosoma *Lederer.*

**474. Pendularia** *L. HS. III. 31. fig. 357; H. 66; OT. VI. 1. 361.* Quotannis solitaria et dispersa in diversis silvis frond., rarius acerosis per ditiones *R. g., Stup., Cz., et L.* Majo.

**475. Omicronaria** *SV. HS. III. 31; H. 65; OT. VI. 1. 358.* Hucusque semel 16. Junii exemplar unum percussione Quercus in coll. silva *R. g.* (sociis: 456, 1014 etc.).

**476. Albiocellaria** *HB.* (*Ocellaria Tr. Hüb. 64; Argusaria B.*). „*Subaurantiaca, area media fusco nebulosa; omnibus ocellis nigris, pupilla magna alba.*" *HS. III. 30; OT. VI. 1. 360.* Semel spec. singulum 1. Junii (sociis: 489, 863, 1042 etc.) percussione Pyri, quae crescit in saltu frond. silvae *Zapust* in collina ditione *Stupnica.*

**477. Porata** *L.* (*Punctaria SV.*). „*Subochracea, lateritio-irrorata; annulo medio albo-repleto.*" *H. 67; HS. III. 31; OT. VI. 1. 356.* Raram hanc in Halicia speciem inveni 21. Julii in coll. querceto *R. g.* spec. unico, quod in inferioribus ramis Quercus abditum latebat. Hac excursione legi ceterum sequentes papiliones: 4, 12, 13, 43, 45, 71, 73, 75, 77, 78, 83, 87, 92, 93, 104, 116, 186, 199, 288, 319, 397, 429, 430, 434, 455, 461, 478, 472, 483, 486, 491, 499, 544, 550, 583, 588, 599, 616, 623, 625, 671, 691, 747, 749, 752, 758, 778, 779, 766, 801, 810, 828, 851, 853, 857, 870, 896, 900, 924, 931, 936, 1001, 1050, 1052, 1060, 1061, 1101, 1107, 1109, 1113, 1134, 1131, 1165, 1171, 1174, 1184, 1196, 1206, 1233, 1263, 1282, 1294, 1320, 1334, 1342, 1345.

**478. Punctaria** *L.* „*Rufoochracea, lateritio-adspersa, striga ferruginea serieque punctorum nigrorum. Alae sine annulo medio.*" *HS. III. 30; H. 574; OT. VI. 1. 352.* Vulgaris in sil-

http://rcin.org.pl

vis mixtis per cunctum terr. a pl. usque ad humiliores montes. Majo — Sept. Variat magnopere.

**479. Trilinearia** *Brkh.* *„Lutea, lineis tribus fuscis, media latiore.“ HS. III. 30; H. 68; OT. VI. 1. 367.* Solitatim Majo in Fagis mixtarum silvarum in H. Exemplar unum reperi et 1. Julii in fageto ad pedem monticuli *Cz. sk.* (una cum: **671**, **672**, **481**, **482**, **70**, **832**, **1081**, **1088**, **1089**, **1104**, **1232**, ceterum vide **945** etc.).

*Pendul. invenitur per omnem Eur. — Omicr.: in Austria, Germ., Hung. — Albiocell.: in Eur. merid.; ad Vindob., in Hung. — Porata: ad Vindob., in Hung. — Punct.: per cunctam fere Eur. — Trilin.: in Germ., ad Rhenum. (Rara.).*

## Timandra *B.*

**480. Amataria** *L. HS. III. 13; H. 52. 524. 525; OT. VI. 1. 20.* Reperitur quotannis solitarie Majo — Aug. in floralibus, pomariis, silvisque frond. circa *S.*, *R. g.*, *M.*, *et L.*

*Per univ. Eur. usque ad Sueciam; secus in Borneo.*

## Pellonia *Dup.*

**481. Vibicaria** *L. HS. III. 13. H. 50; OT. VI. 2. 263.* Volitat solitatim inter densa Pop. tremulae fruticeta in colle *Cz. sk.* (vide **945** etc.), frequenter autem prope *J.* in collinis *Próchnik* inter juvencas Pinos silv. (sociis: **494**, **444**, **511**, **998**.). Initio Julii. Omnia exemplaria lecta erant plus minusve obsoleta. Circulo *Samboriensi* deest.

**482. Calabra** *Petagna.* (*Calabraria H. 49*). *HS. III. 14; OT. VI. 2. 262.* Semel exemplar unicum 1. Julii inter rupestria in apricissimis declivibus monticuli *Cz. sk.* (cum priore, **945** etc.).

*Vibic. invenitur in cuncta Eur. usque ad Sueciam; secus in pr. Or. — Calabra: in Calabria, Lusitania, Hispania, Gallia merid., Sardinia, Dalmatia; secus in Asia et Africa, (Transcaucasia, Lenkoran, Makri, Rhodus, Algerium).*

## Zerene *Tr.*

**483. Grossulariata** *L. HS. III. 64; H. 81. 82; OT. VI. 2. 238.* Vulgaris Majo — Julio in hortis et silvis frond. usque ad promontoria, circiter **2000** p. v. elata. In coll. silva *R. g.*, ubi Ribes gross. magnum per spatium luxuriatur, reperitur Gr. quotannis frequentissime.

http://rcin.org.pl

**484. Ulmata** *Fabr. HS. III. 64; H. 85. 391. 362; OT. VI. 2. 240.* Quotannis solitatim Junio Julioque in hortis, ambulacris, arbustis silvisque frond. in ditionibus *R. g., L., et J.*

**485. Adustata** *SV. HS. III. 83. H. 75; OT. VI. 2. 225.* Frequens Junio Julioque in hortorum sepimentis et silvis frond. per omne terr. usque ad promontoria.

**486. Marginata** *L. HS. III. 64. H. 80. 79. 77; OT. VI. 2. 231.* Quotannis communissima et in pulchris varietatibus Majo-Julio ubique locorum in silvaticis et fruticosis usque ad promontoria, circiter 2800 p. v. elata. In floralibus pometisque quoque reperitur.

*Grossul. provenit in cuncta Eur. usque ad Sueciam; secus in pr. Or., ad Berbices. — Ulmata: in Suecia, Anglia, Gallia, Alpibus, Carniola, Ukraina, pr. Or. Caucaso. — Adustata: in univ. Eur. — Marg: per omnem Eur. usque ad Lapp.; secus in Uralo.*

## Bapta *Steph.*

**487. Bimaculata** *Fabr. (Taminata SV.). „Alba, maculis duabus costalibus fuscis." HS. III. 69; H. 90; OT. VI. 2. 245.* Vulgaris Majo et Junio per frond. silvas terr. cuncti in promontoria usque.

**488. Temerata** *SV. (Punctata Fabr.). „Nivea; area limbali fusca subundata, puncto medio nigro." HS. III. 69; H. 91. 376. 377; OT. VI. 2. 246.* Provenit quotannis solitarie Majo in variis silvis frond., praesertim autem in coll. betuletis circa *R. g. et L.*

*Bimaculata habitat in Hung., Dalmatia, Ukraina, Casano. — Temerata: in Germ. merid., Austria, Hung. Bavaria, Helvetia. Tyroli, Casano.*

## Terpnomicta *Led.*

**489. Dilectaria** *Hüb. „Flavèscens, atomis, costis, strigis binis et undulato flexuosis lunulaque media ferrugineis, angulo anali alarum anteriorum plumbeo-notato." HS. III. 70. fig. 59; H. 39; OT. VI. 1. 293.* Hucusque reperi semel 1. Junii in collucato querceto *Wozn.* in pago *Stup.* spec. unicum (sociis: 863, 1095, 1096 etc.). Videtur in Halicia rarior esse Cararia.

**490. Cararia** *Borkh. Hüb. 38. „Flavescens, atomis, lunula alarum media, linea limbali et undulata triarcuta in costa 1 b. et 5 limbum tangente fuscis, loco strigae posterioris series puncto-*

http://rcin.org.pl

*rum.*" *HS. III. 70*; *OT. VI. 1. 295.* Subtilem et speciosam hanc Geometram raram reperi annis 1852 ad 1859 a 26. Maji ad 16. Junii sex speciminibus in variis silvis frond. aut solidis aut mixtis, speciatim autem in coll. betuleto *Lwowiec* (sociis: 993, 1022, 1014 etc.), in coll. juvenca faginea silva *Zapust* (una cum 863 etc.) et in vetusto campestri querceto B. (comitibus: 940 etc.). In omnibus his locis latitabat Cararia solitarie disperseque praesertim in prosilviorum fruticosis.

*Dilect. volitat ad Vindob., in Hungaria. — Cararia: in Gallia bor. et ad Vindobonam. (Rara.).*

## Cabera *Tr.*

**491. Pusaria** *L. HS. III. 84*; *H. 87*; *OT. VI. 1. 344.* Quotannis vulgatissime et socialiter Majo — Aug. in silvis nemoribus, fruticetisque per territorium cunctum usque ad humiliores Beskidorum montes, circiter 3000 p. v. elatos.

**492. Exanthemata** *Scop. HS. III. 85*; *H. 88. 506*; *OT. VI. 1 346.* Ut praecedens nisi quod paulo minore apparet numero.

*Ambae species inveniuntur ubivis in Eur. usque ad Lapp., secus in Uralo, Casano, provincia Orenburg.*

## Numeria *Dup.*

**493. Pulveraria** *L. HS. III. 68*; *H. 203*; *OT. VI. 1. 309.* Quotannis vulgaris per omne terr. Junio in mixtis silvis frond., potissime in quercetis usque ad promontoria (*Spas*). Exemplaria Haliciensia sunt constanter multo laetius colorata, quam illa, quae in museo Vindob. et in collectione Amicissimi Mann vidi.

*Secus in Germania, Bohemia, Casano, Uralo.*

## Ellopia *Steph.*

**494. Fasciaria** *L. „Rufescens, limbo rotundato.“ HS. III. 39*; *H. 5. 447*; *OT. VI. 1. 97.* Hucusque semel 3. Julii unicum spec. paulo obsoletum prope *J.* inter Pinos silv., quae solae hinc inde in arenoso et 1110 p. v. (Kbg.) alto colle *Próchnik* crescunt. In his collinis degunt praeterea: 448, 481, 958, 959, 998 etc.

**495. Margaritaria** *L. „Margaritaceo - viridis, limbo in costa 4 obtusangulo.“ HS. III. 39*; *H. 13*; *OT. VI. 1. 92.* Singula specimina 21. Julii *Samboriae* (simul cum: 178, 186, 45, 77, 78, 391, 397, 671, 676, 697, 696, 599, 739, 954, 1021, 1109, 395, 319, 287, 246, 179, 180, 177) in trunco Tiliae et 26. Julii (sociis

http://rcin.org.pl

17 etc.) in fageto alpestris montis *Hušla*, speciatim autem loco circiter **3400** p v elato (terminus Fagi: **3550** p. v. *Łob.)*.

*Fasc. invenitur secus circa Vindob., in Franconia, ad Rhenum in Helvetia, alibique ad Sueciam usque. — Margarit.: in Eur. usque ad Sueciam; in Germania, ad Vindobonam.*

## Eugonia *Hüb.*

**496. Angularia** *SV. HS. III. 42; fig. 66. 67; H. 22. 27; OT. VI. 1, 69.* Exemplar unum 8. Sept. (sociis: **922** etc.) in mixtis silvaticis ad pedem monticuli *Cz. sk.* Degebat in Quercu.

**497. Alniaria** *SV. HS. III. 41; H. 26; OT. VI. 1. 79.* Per omnes annos semel 20. Oct. 1855 tria exemplaria (sociis: **503, 576, 308, 362** etc.) *Samboriae* in pomarii floraliumque septis.

**498. Erosaria** *SV. HS. III. 42; H. 25. 24. 440; OT. VI. 1. 73* Singula spec. 6. Julii in coll. beluleto *Lw.* et 4. Sept. in campestri querceto *B.* (una cum: **4, 5, 10 271, 334, 362, 366, 397, 744, 764, 857, 906, 908, 921, 963, 1106, 1169, 1251 1322, 1324, 1306**.).

*Angul. et Aln. inveniuntur in Eur. usque ad Sueciam; secus in pr. Or. — Erosaria: in Austria, Germ., ad Ratisb., in Uralo.*

## Selenia *Hüb.*

**499. Illunaria** *Hüb. 36. 37; HS. III. 47; OT. VI. 1. 61.* Unum marem (sociis: **477** etc.) 21. Julii percussione Quercus ad marginem betuleti *Lw.*, unam feminam 11. Maji inter Quercus ad pedem collis *Cz. sk.* (hic comitibus: **825, 1112, 1231** etc.).

**500. Lunaria** *SV. HS. III. 47; H. 33. 34. 451; OT. VI. 1. 56.* Unum marem et duas feminas 23. Maji in excisis coll. querceti prope *c. Lis.* (una cum: **26, 73, 78, 89, 171, 189, 467, 623, 691, 700, 777, 782, 875, 891, 901, 953, 1038, 1043, 1125, 1248, 1253, 1324** etc.). Latitabant in fruticibus.

**501. Jllustraria** *Hüb. 35. HS. III. 47; OT. VI. 1. 63.* Quotannis solitarie Majo in hortis et coll. silvis froud. circa *R. g.* (vide **327, 234, 993** etc.) et *Leopolim.* Variat adeo, ut nullum exemplar sit simile alteri.

*Illun. provenit in Eur. usque ad Lapp.; secus in Casano. — Lunaria: per Eur. usque ad Sueciam, in Casano pr. Or., Uralo. — Illustr.: ubivis fere in Europa et in Uralo.*

http://rcin.org.pl

## Pericalia *Steph.*

**501$\frac{1}{2}$. Syringaria** *L. H.* 29; *HS. III.* 47; *OT. VI.* 1. 52. Unicum exemplar, quod in collectione habeo, inveni 6. Julii sub vesperum in mixto nemore adversus betuletum *K.* (in societate specierum: 457, 458, 471, 455, 402, 237, 190, 179, 184, 1137, 967. etc.). In hortis ubi Syringa et Ligustrum coluntur, frustra eam per annos quaesivi. Rarissima in Halicia esse videtur.

*Hic illic in Eur. usque ad Sueciam.*

## Odontopera *Steph.*

**502. Bidentata** *L.* (*Dentaria Esp.*). *HS. III.* 45; *H.* 12; *OT. VI.* 1. 76. Unam feminam reperi 19. Maji *Samboriae* in pomarii sepimine (sociis 234 etc ); unum par prope *L.* 9. Junii in coll. piceto *Świńka* (una cum: 559. 510, 514, 328, 407, 399 etc.).

*In Europa media, usque ad Sueciam; in Casano.*

## Himera *Dup.*

**503. Pennaria** *L. HS. III.* 46; *H.* 14; *OT. VI.* 1. 156. Provenit solitarie Oct. in coll. silvis frond. circa *S. et L.* Interdum et in pomariis adest.

*A Suecia usque ad Europam meridionaliorem.*

## Eurymene *Dup.*

**504. Dolabraria** *L. HS. III.* 55; *H.* 42. *OT. VI.* 2. 38. Sat multa sed dispersa in quercetis *R. g., Kor., B., et P. R.* Majo, rarius Junio et Julio. *Leopoli* reperi eam etiam in sepimentis.

*Per Eur. usque ad Sueciam; secus in Casano et Uralo.*

## Angerona *Dup.*

**505. Prunaria** *L. HS. III* 63; *H.* 122. 123; *OT. VI. I.* 45. Vulgaris Junio et Julio in silvis frond. per omne terr. usque ad promontoria circiter 2000 p. v. elata.

**Var. Corylaria** *Thunb.* Sub finem Maji Junioque item frequens iisdem in locis ac Prunaria, quacum mixtim volitat.

*A Suecia per univ. Eur.; secus in Casano et pr. Or.*

## Rumia *Dup.*

**506. Crataegata** *L. HS. III.* 55; *H.* 32; *OT. VI.* 1. 41. Vulgaris Majo Junioque in *Samboriae Leopolisque* sepibus, nec non in silvis frond. virguletisque omnium regionum in promontoria usque.

*Per cunctam Eur. usque ad Lapp. In Casano, Caucaso, Algerio.*

12

http://rcin.org.pl

## Urapteryx *Leach.*

**507. Sambucaria** *L. HS. III. 54; H. 28; OT. VI. 1. 85.* Hucusque 4. spec. *Samboriae et Leopoli* in florentium Tiliarum truncis. Extremis tribus annis Sambuc. similiter ac Alniaria necubi mihi obviae fuerunt.

*Per Eur. usque ad Sueciam; in Casano, Uralo, Caschmiro, m. Himalaicis.*

## Epione *Dup.*

**508. Apiciaria** *SV. HS. III. 49; H. 47. „Lutea; striga anteriore angulata rufa, posteriore fusca obliqua in alae apicem excurrente, limbo cinereo rubescente." OT. VI. 1. 34.* Solitarie disperseque Julio et Aug. in coryletis coll. silvaticorum circa *R. g., Stup., Cz., et L.* Perraro etiam in *Samboriae* pomariis.

**509. Vespertaria** *L. (Parallelaria SV.). HS. III. 49; H. 43. 44. „Flava, aurantiaco adspersa; striga anteriore rotundata rufa, posteriore fusca sinuata, limbo cinereo rufo." OT. VI. 1. 31.* Quotannis frequentior priore, sed universim non multa. Reperitur Junio — Aug. in silvis frond. virguletisque, praecipue in quercetis *R. g., P., Ł. in R., Te., et Kor.*

**510. Advenaria** *Borkh. HS. III. 49; H. 45; OT. VI. 1. 36.* Vulgaris in diversis silvis frond. Majo Junioque per cunctum terr. usque ad altiora promontoria. Degit socialiter in virguletis.

*Apiciaria provenit in Eur. media, usque ad Sueciam; in Anglia, Casano, Uralo, prov. Or. — Vespert.: in Eur. media usque ad Sueciam; in Anglia; Casano, prov. Or. — Adven.: in Eur. media. in Casano, pr. Or., Uralo. (Rara).*

## Caustoloma *Lederer.*

**511. Flavicaria** *SV. HS. III. 50; H. 40; OT. VI. 1. 30. „Sulphurea; strigis, maculis 5 costalibus, pustulis post strigam posteriorem ciliisque versus apicem alarum anter. fuscis."* Reperitur Leopoli nonnullis annis fere copiose. Volitat Majo inter zizania sub hortorum sepibus pone collem *W. z.*, in suburbio *Łyczakoviensi* et in *Kisielka.* Interdiu in umbrosis zizaniorum abdita latet et ex his primo post solis occasum in aperta prodit, quae tunc socialiter prope humum pervagatur. In silvis circa Leopolim est Flav. rarissima; alibi in Halicia eam invenire mihi non contigit.

*Secus in Hung., Ukraina, ad Sareptam. Rara.*

http://rcin.org.pl

## Venilia *Dup.*

**512. Macularia** *L. HS. III. 53; H. 135; OT. VI. 2. 234.* Quotannis communissime socialiterque Majo et Junio in silvarum pratulis per omne terr. in promontoria usque. In silvigero monte *Magóra* inveni eam 22. Maji loco circiter 2600 p v. elato.

*Per Eur. usque ad Sueciam; secus in pr. Or.*

## Macaria *Curt.*

**513. Notata** *L. HS. III. 51; H. 53. 316; OT. VI. 1. 10.* Vulgaris socialiterque Majo et Junio ubique locorum in silvaticis nemoribusque *circuli Samb.* in montosa usque. In coll. silvis circa *Leopolim* ubivis multa.

**514. Alternata** *SV. HS. III. 51; H. 315; OT. VI. 1. 17.* Volitat cum priore, sed rara est in universum.

**515. Liturata** *L. HS. III. 52; H. 54. 314; OT. VI. 1. 12.* Aliquot spec. Junio in coll. pinetis prope *H.* (comite 328) et *Janow* (una cum: 1309 etc.). In silvaticis *R. g.* est Lit. rarissima, etiamsi hic illic frequentes crescunt Pini et in confine pago Uherce adest picetum diffusum.

*Notata provenit in Eur. usque ad Lapp.; secus in pr. Or., Surinam. — Alternata: in Germ., Gallia, pr. Or. — Liturata: in silvis acerosis usque ad Sueciam; secus in prov. Or. et Transcauc., ad Lenkoran.*

## Hibernia *Latr.*

**516. Aurantiaria** *Esp. Hüb. 184; HS. III. 60; OT. VI. 1. 311.* Quotannis solitarie in mixtis silvis frond. circa *R. g.* et *L.* Sero autumno.

**517. Defoliaria** *L. HS. III. 60; H. 182; OT. VI. 1. 315.* Reperitur iisdem in locis et tempore ac prior; nonnullis annis copiosa (1855 in *R. g.*), aliis deest (1859 circa *L.*). Quod adtinet ad magnitudinem signaturasque variat Def. adeo, ut speciem mutare videatur. Feminas Def. et Aur. invenire hucusque mihi non contigit.

**518. Progemmaria** *Hüb. 183; HS. III. 60; OT. VI. 1. 313.* Quotannis vulgaris circa *R. g. et L.* primo vere; solitatim et autumno. Feminae tam multae, quam mares.

**519. Leucophearia.** *SV. HS. III. 60; H. 181. 195; OT. VI. 1. 323.* Quotannis copiosa ineunte vere (simul cum: 518,

http://rcin.org.pl

523, 520, 601, 371, 223, 370, 1069 etc.) ubique locorum in silvis frond. circa *R. g. et L.* Solitarie et in pometis. Hucusque reperi Leuc. bis tantum in copula.

*Aurantiaria provenit per Eur. usque ad Sueciam; in Casano. — Defol.: per cunctam Eur. usque ad Sueciam. — Progem. ubivis et Leucoph. hic illic in Eur.*

## Anisopteryx *Steph.*

**520. Aescularia** *SV. HS. III. 106; H. 189. 514; OT. VI. 1. 325.* Quotannis communissima iisdem ac prior locis et tempore. Ex quo tempore colligo reperi Aesc. semel tantum in copula in silvaticis *R. g.*

*Per cunctam Europam usque ad Sueciam.*

## Phigalia *Dup.*

**521. Pilosaria** *SV. HS. III. 101; H. 176. 594; OT. VI. 1. 240.* Primo vere in pomariis silvisque frond. circa *R. g. et Leopolim.* Semper et ubique singulatim. In copula semel tantum unum par mihi obvium fuit.

*Praecipue in Europa boreali; in Anglia, Suecia, Germania.*

## Biston *Leach.*

**522. Hispidarius** *SV. HS. III. 101; OT. VI. 1. 247;* Primis veris diebus singulatim et disperse in silvis frond., praecipue in iis Pop. tremulae in pago *R. g.* Feminas frustra ad id tempus quaesivi.

**523. Pomonarius** *Esp. Hüb. 180; HS. III. 100. f. 439; OT. VI. 1. 249.* Singulariter in *Samboriae Leopolisque* pomariis; ceterum quotannis ad taedium copiose (mares et feminae) in diversis silvis frond. circa *R., g. et L.* Primo vere, solitarie in Majum usque. Insidet interiu truncis Alnorum, Populorum, Quercuum, Fagorum, Betularum etc. sub vesperum autem volitant mares gregatim secundum silvarum margines. In copula invenitur Pom. similiter ac Prog. frequentissime.

**524. Hirtarius** *L.* (*Congeneraria Hüb. 174*). *HS. III. 102; OT. VI. 1. 236.* Ab ineunte vere in Majum usque. Invenitur solitarie cum priore in pomariis *Samboriae et Leopolis*; vulgate autem in silvis. frond. praecipue alnetis et populetis circa *R. g., L., et Brż.* Minora mascula exemplaria fusca (Hirtaria Hüb. fig. 175)

http://rcin.org.pl

sunt rariora, veniuntque primum Majo in conspectum. Memoratu etiam est dignum, me mares com. varietatis semper cum minoribus feminis in copula invenisse. Anno 1859. Hirt. circa *Leopolim* nullibi conspexi; anno 1856. deerat in silvaticis *R g.*

**525. Stratarius** *Hufgl.* (*Prodromaria SV.*). *HS. III. 102; H. 172; OT. VI. 1. 234.* Hucusque reperi 4 exemplaria; unum marem *Samboriae* in pomario, duos mares in Alni glut. truncis in coll. silvaticis *R. g.* (simul cum 241 etc.). unam feminam denique in coll. alneto prope *Hołosko* (comitibus: 76, 378, 379, 520, 921, 1010, 1011, 575, 572, 601, 524, 523, 519, 518, 436, 437, 221). Aprili.

*Hispid. invenitur in Germ. merid., Austria, Gallia. (Rarus). — Pomon.: in Gallia orientali, Silesia, Germania. — Hirt.: in Europa media et boreali; secus in Baskiria, Epheso. — Strat.: in Europa media.*

## Amphidasys *Tr.*

**526. Betularia** *L. HS. III. 102; H. 173; OT. VI. 1. 230.* Provenit quotannis solitariae *Samboriae* (vide 146) *Leopolique* in pomariis. Unum exemplar reperi praeterea in trunco Tiliae promontoriorum prope pagum *Strzelbica*. Junio et Julio.

*In Europa media et boreali, in Uralo.*

## Boarmia *Tr.*

**527. Cinctaria** *SV. HS. III. 80; H. 166; OT. VI. 1. 188.* Aprili Majoque frequentissima ubique locorum in ditionum coll. promontoriorumque pomariis, arbustis, silvisque frond. et acerosis.

**528. Abietaria** *SV. HS. III. 79; H. 160; OT. VI. 1. 204* Unicum exemplar, quod in collectione habeo, reperi in silva picea pagi *Uherce* prope *R. g.*; Majo, una cum: 993, 368. etc.

**529. Repandata** *L. HS. III. 81; H. 161, 321, 393. OT. VI. 1. 208.* Singulariter Majo et Junio, frequenter vero Julio in pomariis et silvis frond. acerosisque circa *R. g.*, *L.*, *et J.*

**530. Roboraria** *SV. HS. III. 81; H. 169; OT. VI. 1. 198.* Omnibus annis unum marem *Leopoli* (socia 295), unam feminam *Samboriae* (simul cum 356 etc.). In pomariorum sepiminibus Junio. Ambo exemplaria Haliciensia sunt minora et fuscius colorata quam illa, quae Vindobonae in variis vidi collectionibus.

**531. Consortaria** *Fabr. HS. III. 80; H. 168, 152; OT. VI. 1. 200.* Vulgaris Majo et Junio in pomariis, arbustis et silvaticis circa *R. g.*, *L.*, *et J.*

http://rcin.org.pl

**532. Glabraria** *SV. HS. III. 81; H. 162, 339, 348; OT. VI. 1. 225.* Hucusque semel exemplaria duo 10. Augusti percussione herbarum in montano fageto *Bubniszcze*, loco circiter 2800 p. v. elato. Praeter Glabr. reperi in his desertis per aliquas horas vix pluria spec. Heparanae, Tristelli, Fissellae et Spiniellae.

**533. Crepuscularia** *SV. HS. III. 82; H. 158; HS. 389; OT. VI. 1. 190.* Vulgatissime Aprili et Majo ubique locorum in pometis variisque silvis cuncti terr. in promontoria usque.

**534. Consonaria** *Hüb. HS. III. 82; H. 157.* Exemplar primum in fageto *Czaple*, secundum (sociis 241 etc.) in silvaticis *R. g.*, tertium circa *Brž.* in Pop. tremulae trunco. Aprili.

**535. Extersaria** *Hüb. 159. HS III. 83; OT. VI. 1. 216.* Frequens Majo — Julio in pomariis, arbustis silvisque frond. a planitie usque ad promontoria 2300 ad 3000 p. v. (Kbg.) elata (*Urycz*, *Bubniszcze* etc ).

**536. Punctulata** *SV. HS. III. 83; H. 317; OT. VI. 1. 180.* Provenit Majo solitarie in hortis, copiose autem ubique locorum in silvis diversis praecipue mixtis per terr. cunctum usque ad superiores Fagi regiones (*Huśla*).

**537. Viduata** *SV. HS. III. 81; H. 165. 364. OT. VI. 1. 223.* Hucusque reperi semel 13. Julii in coll. querceto *Kor.* unicum marem, qui ibidem abditus latebat in Quercus ramis.

*Cinctaria provenit ubivis in Europae silvis acerosis, in Uralo, Baskiria. — Abiet.: ad Vindob., in Franconia, ad Rhenum, etc.; secus in Casano. — Repand.: in Germ. alibique in Europa, in Uralo, pr. Or. — Robor.: hinc inde in Eur.; in Austria, in Uralo. — Consort.: in Austria alibique in Eur. — Glabr.: in Bohemia, Germ., Styria, Helvetia, Gallia occid.; in Casano. — Crepusc.: in Germ., Gallia, pr. Or. — Conson.: in Germ., Gallia. — Exters.: in Germ., Gallia, Casano, Uralo. — Punctulata: in cuncta Eur. usque ad Lapp.; in pr. Or. — Viduata: in Germ., Austria, Gallia bor.*

## Tephronia *Hüb.*

**538. Sepiaria** *Hufgl. (Cineraria SV). HS. III. 93; H. 171; OT. VI. 1. 227.* Singulum specimen obsoletum, quod habeo, reperi *Leopoli* 28. Julii in ambulacrorum Pop. tremula.

*Secus Vindobonae, in Silesia alibique in Europa.*

## Gnophos *Tr.*

**539. Furvata** *SV. HS. III. 73; H. 144; OT. VI. 1. 161.* Unicum exemplar (sociis: 295, 530, 383, 326, 336, 887, 255, 317, 112 etc.) *Leopoli* in pomarii sepimine. Junio.

http://rcin.org.pl

**540. Obscurata** *S V. HS. III. 74; H. 146; OT. VI. 1. 168.* Hucusque semel in querceo fruticeto collinorum *P.* exemplar unicum Junio (simul cum: 99, 54 etc.).

**541. Dilucidaria** *S V. HS. III. 73; H. 143; OT. VI. 1. 173.* Volavit frequenter 26. Julii 1858 in montis *Huśla* (4190 p. v. Łob elati) cacumine alpino *Pikuj* praecipue per cespites V. vitis ideae (sociis: 556, 606, 618, 664, 665, 808, 973, 617, 710 etc.).

**542. Operaria** *Hüb. 359. HS. III. 73.* Duos mares (socia 328) 9. Junii in querceti *Kor.* excisis percussione herbarum ibidem in siccaneis crescentium.

*Furvata provenit secus in Alpibus, in Austria, Ratisbonae. — Obscurata: in Austria, Styria, etc — Dilucid.: in Alpibus, Montibus metalliferis, montosis Austriae et Styriae, in Helvetia, Palatinatu superiore, Uralo. — Operaria: in Gallia meridionali, Scotia.*

## Fidonia *Tr.*

**543. Roraria** *Esp.* (*Spartiaria Hüb 116*). *„Alis fulvis, atomis margineque ex fusco nigris.“ HS. III. 89; OT. VI. 1. 270.* Per omnes annos reperi semel 23. Junii in coll. querceto *P.* (sociis: 15, 42, 159, 654, 1291 etc.) specimen unicum, quod loco aperto per flores sole aestuante vagabatur.

*Secus ad Rhenum, Ratisb., alibique. In Casano.*

## Ematurga *Lederer.*

**544. Atomaria** *L. HS. III. 91; H. 136; HS. 322, 323, OT. VI. 1. 286.* Quotannis copiosissime ubique in pratis; nemoribus, herbosis, diversisque silvis usque ad promontoria humilioresque montes. Majo — Augusto.

*Per Eur. usque ad Lapp. In Iberia, Casano, Constantinopoli.*

## Bupalus *Leach.*

**545. Piniarius** *L. HS. III. 90; H. 119, 120; 469. 470. OT. VI. 1. 274.* Sat multus Junio et Julio in coll. silvis pineis prope *Hołosko et Janow.* Vagatur horis antemeridianis supra summas arbores.

*In Europae silvis acerosis usque ad Lapp.*

## Selidosema *Hüb.*

**546. Plumaria** *HS. III. 86; H. 124; OT. VI. 1. 306;* Semel 30. Junii in summo pratulo intersilvatico collinorum *Świńka*

http://rcin.org.pl

in *H.* specimen unicum (sociis: 238, 324, 125, 174, 169, 210, 182, 192, 424, 562, 566, 627, 624, 1098 etc.). Latitavit prope humum inter herbas in loco frequentibus Quercubus fruticosis obsito.

*Secus in Suecia, Gallia merid., Hung., Germ., pr. Or, Uralo, Bask.*

### Thamnonoma *Lederer.*

**547. Wawaria** *L. HS. III. 88; H. 55; OT. VI. 1. 302.* Quotannis copiosissime Aprilli — Julio in pomariis atque silvaticis per omne terr. a pl. usque ad superiores Fagi regiones.

**548. Brunneata** *Thunb.* (*Pinetaria, H. 130; Quinquaria Hüb. 516. 517.*). *HS. III. 89; OT. VI.* 1. *265.* Vagabatur solitarie 12. Junii per vaccineta in pineti *R.* excisis (comitibus: 87, 719. etc.). Unum exemplar obvium mihi fuit praeterea 30. Junii (sociis 238, 690, 1098 etc.) in coll. querceo fruticeto *Mostki*, ubi Fragariae insidebat.

*Wawaria provenit per Eur. usque ad Sueciam. In Casano et pr. Or. — Brunneata: in Helvetia, Vogeso, Germ. bor., Suevia, Saxonia, Casano, ad Ratisb.*

### Phasiane *Dup.*

**549. Glarearia** *SV. HS. III. 90; H. 131; OT. VI. 1. 289.* Volitavit frequenter 12. Junii et 3. Julii prope *J.* in siccis floridisque declivibus fruticosorum collinorum *Szyp*, alibique in apricis ad pinetorum margines (vide 1309 et 998.).

**550. Clathrata** *L. HS. III. 90. H. 132; OT. VI. 1. 290.* Reperitur communissime Majo — Julio ubique locorum in pratis apertis, frutectis et silvis usque ad promontoria.

**551. Petraria** *Esp. HS. III. 58; H. 113; OT. VI. 1. 149.* Circa *R. g.* inveni per sex annos 9. et 16. Junii singula spec. (sociis: 220, 1014 etc.) inter frutices excisorum betuleti *Lwowiec.* Circa *Leopolim* reperitur Petr. frequenter altera parte Maji Junioque in herbido fruticeto nemoreque mixto ad marginem betuleti *K.* (comitibus: 113, 205, 304, 773, 1073, 1210, 1271 etc.).

*Glar. invenitur regionatim in Europa; in pr. Or. — Clath.: in cuncta Europa; in pr. Or. et Transcauc., ad Lenkoran. — Petraria: in Germ. bor., ad Rhenum, Vindobonae, in Italia; in Uralo.*

### Eubolia *B.*

**552. Arenacearia** *SV. HS. III. 86; H. 114; OT. VI. 1. 134.* Hucusque semel 3. Julii exemplar unicum percussione Pini

http://rcin.org.pl

silv. prope *J.* in arenoso colle *Próchnik*, 1110 p. v. (Kbg.) elato (vide 998).

*Secus ad Vindob., in Gallia orientali. In prov. Or.*

## Scodiona *B.*

**553. Favillacearia** *Hüb. 139*; *HS. III. 65. fig. 47*; *OT. VI. 1. 297.* Semel unum par pulcherrimum initio Julii in coll. querceto *R. g.* (sociis: **71, 83, 92, 93, 179, 152, 187, 319, 430, 441, 443, 452, 461, 493, 504, 557, 565, 581, 598, 669, 672, 677, 717, 747, 749, 751, 764, 766, 774, 783, 827, 828, 842, 869, 874, 947, 1001, 1016, 1057, 1061, 1078, 1079, 1126, 1149, 1174, 1196, 1197, 1209, 1218, 1204, 1224, 1228, 1262, 1260, 1276, 1281, 1294, 1334.**)

*Secus in Gallia, Hispania, Brunsviga, Hungaria, Austria.*

## Aspilates *Tr.*

**554. Gilvaria** *SV. HS. III. 94*; *H. 201, 534, 535*; *OT. VI. 1. 132.* Unicum exemplar, quod in collectione habeo, reperi 3. Julii in calcariorum collinorum *Szyp* floridis declivibus (vide 998).

**555. Strigillaria** *Hüb. 125, 540, 541*; *HS. III. 85*; *OT. VI. 1. 348.* Semel unum exemplar masculum (comitibus **434, 471, 529, 595, 287, 1261, 1239** etc.) 2. Julii percussione Quercus in coll. silva *R. g.*

*Gilv. habitat secus in Austria, Germ., prov. Or., Bask. — Strigill.: in Austria, Germ., Uralo.*

## Cleogene *B.*

**556. Tinctaria** *Hüb.* (*Lutearia Tr. Fabr.*). „*Alis omnibus luteis immaculatis.*" *HS. III. 62. fig. 361*; *H. 121*; *OT. VI. 2. 250.* Hucusque semel 26. Julii unicum marem in montis *Hušla* (4190 p. v. Łob. elati) alpe *Pikuj*, ubi in Saxifraga aizoone latitavit. Una cum Tinctaria legi hic et: **2, 4, 5, 7, 10, 73 — 78½, 448, 541, 618, 606, 617, 664, 665, 710, 808, 973,** ceterum vide: **17, 974, 709, 711.**).

*Secus in Hispania, Italia, Alpibusque Valesiacis.*

## Scoria *Steph.*

**557. Dealbata** *L. HS. III. 61*; *H. 214. 528 — 531. OT. VI. 2. 259.* Quotannis copiosa a fine Maji ad Julium ubivis

http://rcin.org.pl

in aridis pratulis inter — et subsilvaticis, nemoribus, floridisque silvarum frond. marginibus a pl. usque ad montosa.

*In Europa usque ad Sueciam. In Casano.*

## Lythria *Hüb.*

**558. Purpuraria** *L. HS. III. 107; H. 107. 199; OT. VI. 1. 127.* Vagabatur sat multa et in pulchris varietatibus 3. Julii prope *Janow* in sterilibus apertisque declivibus collinorum sabulosorum *P. P.*, speciatim vero in talibus locis, quae Filix mas et Pteris aquilina convestiverunt. In his plantis viget hic Purp. socialiter, ad quas etiam cito, si perterrefacta est et avolavit affugit. Quoad consocios vide 998. Alibi in Halicia Purp. non inveni.

*Per Europam usque ad Sueciam. In prov. Orenb.*

## Ortholitha *Hüb.*

**559. Plumbaria** *Fabr.* (*Palumbaria SV.*). *HS. III. 164; H. 221; OT. VI. 1. 146.* Vulgate Majo et Junio in diversis silvis circa *R. g.*, *Stup.*, *Cz.*, *et J.* Numerosissimam observari Pl. anno 1859 prope *H.* in coll. piceto *Swińka* nec non in vicinis fruticetis querceis collinorum *Zapole et Mostki.* Exemplaria silvas acerosas inhabitantia sunt colore ardentiori.

**560. Zonata** *Hufgl.* (*Mensuraria SV.*). *HS III. 165; H. 193; OT. VI. 2. 78.* Copiose Julio et Aug. per cunctum terr. usque ad ditiones montanas (*Wołcze*) ubivis in pascuis, pratis, prosilviis, floridisque silvarum marginibus.

**561. Angulata** *Hufgl.* (*Moeniaria SV.*). *HS. III. 165; H. 298; OT. VI. 2. 173.* Hucusque semel exemplar unicum in herbido pratulo subsilvatico penes *R. g.* 23. Junii (comitibus: 21, 27, 64, 91, 103, 105, 143, 152, 153, 157, 187, 188, 197, 199, 320, 426, 429, 341, 434, 441, 583, 485, 491-493, 505, 535, 559, 583, 609, 612, 621, 623, 669, 677, 700, 717, 718, 729, 733, 734, 747, 749, 750, 755, 763, 764, 766, 767, 771, 773, 774, 777, 778, 780, 783, 786, 800, 802, 803, 817, 828, 816, 835, 836, 843, 868, 875, 873, 888, 894-896, 900, 902, 947, 1012, 1025, 1038, 1052, 1113, 1131, 1132, 1166, 1203, 1206, 1222, 1279, 1288, 1296, ceterum vide 654, 356.).

**562. Bipunctaria** *SV. HS. III. 167; H. 276; OT. VI. 2. 87.* Unum par 30. Junii percussione Quercus in silvaticis *Hołosko* prope arenoso-rupestrem collem, qui vocatur *Góra zjawienia.* Quoad comites vide 238 et 690.

http://rcin.org.pl

*Plumb. habitat in Austria, Germ. alibique in Eur. Sueciae deesse videtur. — Zonata: in Eur. cuncta usque ad Sueciam. In Casano, pr. Or. — Angulata: in univ. fere Eur.; in Casano, pr. Or. — Bipunct.: ubivis in Eur. In Casano; pr. Or.*

## Mesotype *Hüb.*

**563. Virgata** *Hufgl.* (*Lineolata SV.*). *HS. III. 163; H. 311; OT. VI. 1. 144.* Unicum exemplar, quod in collectione habeo, reperi (sociis: 998 etc.) 3. Julii in floridis declivibus collinorum *Szyp* prope *J.*

*In plur. Eur. reg. usque ad Sueciam; ad Ratisb. In Casano, pr. Or., Uralo.*

## Minoa *B.*

**564. Fuscata** *Hufgl.* (*Euphorbiata SV.*). *HS III. 109; H. 78; OT. VI. 2. 249.* Vulgaris Majo et Junio per omne terr. usque ad promontoria ubivis in collucatis silvaticis eorumque pratulis aridioribus aut floridis marginibus.

*In Europa media; Sueciae deest, in Casano et prov. Or. adest.*

## Odezia *B.*

**565. Chaerophyllata** *L. HS. III. 183; H. 196; OT. VI. 2. 251.* Reperitur Junio et Julio solitarie disperseque in silvaticis *R. g.*, fruticeto coll. *M. k. i b. d.* prope D. (vide 1195), in promontoriis *Spas* silvaticisque montis *Magóra* (comitibus 662 etc.). Volitat horis antemeridianis.

**566. Tibialata** *Hüb. 210. 211. „Alis atris, anter. fascia albida; poster. immaculatis." HS. III. 109; OT. VI. 2. 301.* Hucusque singula spec. prope *H.* (30. Junii sociis: 238, 690 etc.) in coll. campis sterilibus circa lapicidinas *N. P.* et prope *Janow* (12. Junii, simul cum 1309 etc.) in coll. querceto *P. R.*

*Chaeroph. incolit Europam usque ad Sueciam, secus Casanum, prov. Or. et Transcauc., nec non reg. ad Lenkoran. — Tibialata invenitur praeter Haliciam in Hung, Rossia merid.; in Uralo. An in Austria? Rara.*

## Siona *Dup.*

**566. Decussata** *SV. H. 213; HS. III. 183; OT. VI. 2. 260.* Exemplar unicum 3. Julii (vide 998) in graminosis collinorum *Szyp* declivibus prope *J.*

*Secus in meridionaliori Europa; in Hung., ad Vindob.*

## Lithostege *Hüb.*

**567. Griseata** *SV. HS. III. 183; H. 216; OT. VI. 2. 253.* Semel 26. Maji exemplar unum (comitibus: 993 etc.) in siccis et sterilibus pascuis collinis silvam *R. g.* inter et pagum *Szady.*

http://rcin.org.pl

**568. Farinata** *Hufgl.* (*Niveata Scop.*). *HS. III. 83*; *H. 217*; *OT. VI. 2. 254.* Hucusque exemplaria duo prope *H.*, in herbido agrorum confinio ad marginem collini querceti *Kor.* initio Junii (vide 353).

*Griseata invenitur ad Ratisb., in Austria, Hung., Gallia merid., Casano. — Niveata in Suecia, Germ. bor., Austria, Gallia merid., Algerio, Casano, pr. Or.*

## Anaitis *B.*

**569. Praeformata** *Hüb. 532. 533.* (*Cassiata Tr. VI. 1. 85.*). *HS. III. 164.* Medio Junio exemplar unicum inter coryleta in mixta silva *R. g.* (vide 1014).

**570. Plagiata** *L. HS. III. 164*; *H. 220*; *OT VI. 2. 82.* Quotannis vulgaris Majo-Julio in hortis, pratis apertis silvaticisque per omne terr. usque ad promontoria.

*Praef. inhabitat Alpes, Eur. merid., Silesiam. — Plagiata Europam usque ad Sueciam, secus Casanum, Asiam minorem.*

## Lobophora *Curt.*

**571. Sexalata** *Brkh.* (*Sexalisata Hüb. 228*). *HS. III. 180*; *OT. VI. 2. 40.* Semel duas feminas et unum marem 30. Maji percussione fruticum in prosilvio campestris betuleti *Zubrze* (vide 1275.).

**572. Halterata** *Hufgl.* (*Hexapterata SV*). *HS. III. 180. fig. 245*; *H. 232*; *OT. VI. 2. 38.* Apparet vere quotannis copiose in coll. silvis frond. praesertim fagetis aut Fago intermixtis circa *R. g. et Leopolim.*

**573. Viretata** *Hüb. 230. HS. III. 179*; *OT. VI. 2. 51.* Unicum exemplar, quod possideo, reperi Aprili 1855 (sociis: 241 etc.) in trunco Alni glut. in coll. silva *R. g.*, plura milliaria a Carpathis remota.

**574. Sertata** *Hüb. 489. 490.* (*Appendicularia B.*). *HS. III. 178*; *OT. VI. 2. 90.* Hucusque inveni semel tantum 26. Sept. 1854 media in silva *R. g.* specimina duo, quae in Pop. tremulae pandebant truncis. Eodem die legi praeterea species: 517, 401, 362, 366, 372, 375, 397, 399, 242, 73, 76, 78, 13.

**575. Lobulata** *Hüb. 362*; *HS. III. 179*; *OT. VI. 2. 29.* Quotannis vulgatissime, interdum innumerose, Martio-Majo in coll. silvaticis mixtis circa *R. g., Cz., et L.*

*Sexalata invenitur hic illic in Eur. usque ad Casanum; ad Augustam Vindelic.; (rara). — Hexapt.: in Austria, Germ., alibique ad Sueciam usque. secus in*

http://rcin.org.pl

*Casano et prov. Or.* — *Viretata: in montosis Austriae, in Alpibus, ad Ratisbonam; (rara).* — *Sertata: in Germ., Alpibus Carniolae et Styriae, Gallia; (rara).* — *Lobulata in Tyrolis Styriaeque Alpibus, ad Gunzenhausen, in Casano.*

## Chimatobia *Steph.*

**576. Brumata** *L. HS. III. 177. fig. 352; H. 191. 415. 509; OT. VI. 2. 23.* Plures mares extremo Octobri initoque Nov. in silvaticis *R. g.*

**577. Boreata** *Hüb 413. 414; HS. III. 177. fig. 353; OT. VI. 2. 26.* Apparet medio Octobri. In mixtis silvis *R. g.* reperitur Bor. raro, circa *Leopolim* autem frequenter in campestri betuleto *Zubrze* (vide 367), ubi unum par etiam in copula invenire mihi contigit.

*Brumata provenit in Eur. usque ad Sueciam et Casanum.* — *Boreata: in Silesia, Germ. bor, alibique ad Sueciam usque.*

## Eucosmia *Steph.*

**578. Undulata** *L. HS. III. 144; H. 262. 436; OT. VI. 2. 53.* Quotannis solitarie disperseque Junio et Julio in quercetis aut mixtarum silvarum Quercubus circa *R. g. et L.*

**579. Certata** *Hüb.* (*Cervinata Hüb. 266*). *HS. III. 143; OT. VI. 2. 72.* Semel 2. Maji exemplar unicum *Leopoli* in pomario.

*Undulata invenitur per Eur. usque ad Sueciam, secus in finalibus Russico — Asiaticis provinciis, in America et Australia (Delaware, Maryland, Port Jakson, New-Sidney).* — *Certata: in Austria, Germ., ad Ratisbonam.*

## Triphosa *Steph.*

**580. Dubitata** *L. HS. III. 142; H. 265; OT. VI. 2. 69.* Quotannis solitarie Aprili-Junio *Samboriae Leopolique* in pomariorum sepimentis. Exemplaria sub finem Maji et Junio lecta sunt obsoleta laceraque.

*Indigena cunctae Eur. in Sueciam usque.*

## Scotosia *Steph.*

**581. Vetulata** *S V. HS. III. 143; H. 263; OT. VI. 2. 54.* Volitat in quercetis, nemoribus, dumosisque per omne terr. usque ad humiliores montes. Ubique numerose; extremo Junio et Julio. In pomariis quoque reperitur.

**582. Transversata** *Hufgl.* (*Rhamnata SV.*). *HS. III. 145;*

http://rcin.org.pl

*H. 271. 400*; *OT. VI. 2. 67*. Hucusque semel exemplar unicum (sociis: 219 etc.) 13. Maji 1854 in coll. silvaticis *Radł. górne* in Ribe grossularia.

*Ambae species inveniuntur per Europam usque ad Sueciam. — Rhamnata adest secus in Uralo.*

## L y g r i s *Hüb.*

**583. Ribesaria** *B.* (*Prunata L.*). *HS. III. 169*; *H. 304*; *OT. VI. 2. 194*. Quotannis vulgaris in hortis silvaticisque per omne terr. a pl. usque ad valles montanas (*Wołcze*) superioresque Fagi regiones (*Hušla.*).

**584. Populata** *SV. HS III. 172*; *H. 300*; *OT. VI. 2. 165*. Vagatur frequenter (cum priore) in *Samboriae Leopolisque* hortis et floralibus, e quibus persaepe et in domicilia involare solet. Praeterea inveni eam solitarie in frond. silvis *R. g.*, *H.*, nec non ad marginem pineti *R.* (vide 998). Junio, Julio.

*Ribes. provenit per Eur. usque ad Sueciam et Casanum. — Pop.: usque ad Lapponiam, in Casano et provincia Orenburg.*

## C i d a r i a *Tr.*

**585. Pyraliata** *SV. HS. III. 172*; *H. 302*; *OT. VI. 2. 182*. Ad marginem pineti *R.* reperi 3. Julii (cum priore) exemplaria tria, quae jam obscura luce ibidem volitaverunt. Provenit praeterea *Leopoli* in pomariis, sed rarior est priore.

**586. Fulvata** *Forster. HS. III. 171. H. 297*; *OT. VI. 2. 177*. Unicum exemplar, quod in collectione habeo, inveni 2. Junii (sociis: 205, 304, 113, etc.) in juvenco piceto ad viam inter *L. et Wi.*

**587. Ocellata** *L. HS. III. 147*; *H. 252*; *OT. VI. 2. 153*. Satis frequens sed solitatim per cuncti terr. silvatica a pl. usque ad humiliores montes. Majo Junioque. Inhabitat praeterea et pometa.

**588. Bicolorata** *Hufgl.* (*Rubiginata SV.*). *HS. III. 155*; *H. 250. OT. VI. 2. 223*. Hucusque inveni pluria specimina in coll. quercetis *Kor. et R. g.*, porro in montani pagi *Wołcze* floralibus, ubi post solis occasum vagabantur. 30. Junii — 24. Julii.

**589. Juniperata** *L. HS. III. 173*; *H. 294*; *OT. VI. 1. 336*. Aliquot specimina 1. Junii in pratulis intersilvaticis prope *Hołosko* (vide 353) et 24. Julii in pomario et pratis foenariis montium circa *W.* (vide 6.).

http://rcin.org.pl

**590. Siterata** *Hufgl.* (*Psittacata SV.*). *HS. III. 170*; *H. 227*; *OT. VI. 2. 94.* Singula specimina Aprili *Samboriae et Leopoli* in pomariorum septis.

**591. Truncata** *Hufgl.* (*Russata SV.*). *HS. III. 172*; *H. 305, 445*; *OT. VI. 2. 189.* Pluria exemplaria (simul cum: **239**, **918** etc.) medio Sept. inter virgulta prosilvii in campestri betuleto *Zubrze*.

**592. Olivata** *SV. HS. III. 148*; *H. 307*; *OT. VI. 2. 157.* Unicum exemplar, quod possideo, inveni 3. Julii prope *J.* ad marginem querceti *P. R.* adversus calcaria collina *Szyp.* Quoad comites vide **998**.

**593. Pectinitaria** *Fuessly.* (*Miaria SV.*). *HS. III. 166*; *H. 292*; *OT VI. 2. 159.* Vulgaris Junio et Julio ubique in silvis nemoribusque per omne terr. usque ad promontoria, circiter **2500** p. v. elata.

**594. Brunnearia** *de Vill.* (*Vespertaria SV.*). *HS. III. 167*; *H. 226*; *OT. VI. 1. 137.* Unicum specimen **15**. Sept. in prosilvio betuleti *Zubrze* (una cum: **239**, **591**, **594**, **744**, **837**, **916**, **917**, **1143** etc.).

**595. Silvata** *SV. HS. III. 110*; *H. 231*; *OT. VI. 2. 15.* Alterum exemplar (simul cum **1261**. etc.) **2**. Julii in coryleto silvae *R. g.* alterum **6**. Junii in saltu fruticoso silvae mixtae *Zapust* non procul a munimento in *Stupnica* (una cum: **424**, **426**, **428**, **429**, **431**, **446**, **467**; **468**, **471**, **491**, **493**, **650**, **669**, **683**, **717**, **803**, **816**, **1028**, **1045**, **1047**, **1054**.).

**596. Fluctuata** *L. HS. III. 154*; *H. 249*; *OT. VI. 2. 219.* Frequentissime a Majo in auctumnum usque ubique locorum in pomariis, floralibus et silvis per omne terr. in promontoria usque.

**597. Montanata** *SV. HS. III. 152*; *H. 248*; *OT. VI. 2. 201.* Vulgaris Junio in silvis frond., nemoribus et fruticetis per cunctum territorium humilius. **26**. Julii **1858** volitavit M. frequenter (sociis: **17** etc.) in monte *Huśla* sub ipso fere Fagi termino (**3550** p. v. Łob.), quem tamen non transgressa est.

**598. Ligustrata** *SV. HS. III. 147*; *H. 282*; *OT. VI. 2. 151.* Sat frequens sed dispersa Junio et Julio in pomariis, fruticetis et silvis per cunctum terr. in humiliores montes usque.

**599. Ferrugata** *L. HS. III. 149*; *H. 285. 460*; *OT. VI.*

http://rcin.org.pl

*2. 148.* Copiose a primo vere in autumnum usque in hortis, pometis frondosisque silvis per territorium cunctum in ditiones montanas usque.

**599½. Spadicearia** *SV. HS. III. 149; H. 460.* Hucusque tria specimina; primum 22. Maji (sociis: 795 etc.) in silvaticis montis *Magóra*, tum 12. Junii (simul cum 1309 etc.) prope *Janow* in coll. querceto *P. R.*

**600. Suffumata** *SV. HS. III. 169; H. 306; OT. VI. 2. 192.* Apparet Martio reperiturque in Junium usque (exempl. obsoletis) in coll. silvaticis circa *R. g.*, *et L.* Una femina obvia mihi fuit (sociis 795 etc.) 22. Maji in silvaticis in superiore parte montis *Magóra*. Infrequens.

**601. Quadrifasciaria** *Hüb. 284; HS. III. 148; OT. VI. 2. 146.* Vulgaris Aprili et Majo in hortorum sepimentis silvisque frond. circa *R. g.*, *et L.*

**602. Propugnata** *SV. HS. III. 147; H. 286; OT. VI. 2. 141.* Aliquot exemplaria Junio et Julio *Samboriae* in pomariorum sepibus et in querceto *R. g.*

**603. Dilutata** *SV. HS. III. 160; H. 188; OT. VI. 2. 26.* Reperitur frequenter Oct. initioque Nov. in campestri betuleto *Z.* alibique in silvis circa *L.* In coll. silvaticis *R. g.* obvium mihi fuit annis 1852 ad 1858 exemplar unicum.

**604. Caesiata** *SV. HS. III. 161; H. 275; OT VI. 2. 89.* Hucusque exemplar unicum 26. Julii (comitibus: 17 etc.) in montis *Huśla* prato intersilvatico in superioribus Fagi regionibus.

**605. Nebulata** *Tr. HS. III. 161. fig. 370. 371; OT. VI. 2. 164.* In mixtis silvis frond. promontorium *Spas* exemplar unicum sub finem Junii.

**606. Rupestrata** *SV. HS. III. 156. fig. 192; OT. VI. 2. 30.* Duo exemplaria, quae in collectione habeo, reperi in Dianthо barbato et Scorzonera rosea 26. Julii (simul cum: 541, 617, 618, 556 etc.) in summo cacumine alpis *Pikuj*, (4190 p. v. Łob.).

**607. Picata** *Hüb. 435; HS. III. 152; H. 435; OT. VI. 2. 193.* Quotannis solitarie Junio Julioque in coll. quercetis *R. g. et P.* Circa *Leopolim* eam anno 1859 non inveni.

**607. Galiata** *SV. HS. III. 150; OT. VI. 2. 155. H. 272.* Exemplaria duo sub finem Maji inter zizania hortorum *Leopolis* (una cum Flavicaria, ceterum vide 260.).

http://rcin.org.pl

**608. Cucullata** *Hufgl.* (*Sinuata SV.*). *HS. III. 150*; *H. 288*; *OT. VI. 2. 227.* Hucusque semel exemplar unicum 16. Junii in *Samb.* pomario (sociis: 813, 185, 127, 128, 322, 584, 647, 976 etc.).

**609. Albicillata** *L. HS. III. 154*; *H. 76*; *OT. VI. 2. 228.* Reperitur Junio in pomariis silvisque coll. circa *R. g.*, *L. et J.*

**610. Procellata** *SV. HS. III. 155. H. 251*; *OT. VI. 2. 218.* Semel exemplar unum 26. Maji in coll. querceto *R. g.* (vide 993).

**611. Luctuata** *SV. HS. III. 156*; *H. 253*; *HS. 321*; *OT. VI. 2. 214.* Semel spec. unicum 30. Junii sociis (460 etc.) inter frutices in coll. querceti *P.* excisis.

**612. Affinitaria** *Wood. HS. III. 157*; *fig. 319, 271, 272.* Reperitur sub finem Maji initioque Junii quotannis vulgate in mixtis silvis coll. ditionis *R. g.*, volitat autem per spatium parvum talemque locum, ubi variae arbores silvaticae cum diversis fruticibus promiscue crescunt, veramque farraginem vix penetrabilem fingunt. Monendum quoque, Aff. hic plerumque prope humum vagari, in umbrosis vigere rareque sua sponte in aperta prodire. Quoad consocios vide 327, 234, 993, 1086, 863, 1300, 1022, $425^1/_2$, 220, 1014.

**613. Tristata** *L. HS. III. 156*; *H. 254. 260; OT. VI. 2, 210.* Frequentissime Majo, Junio et Aug. in silvaticis et fruticosis per omne terr. usque ad montes elatiores (*Wołcze.*).

**614. Alchemillata** *L. HS. III. 151*; *H. 261. 370*; *OT. VI. 2. 203.* Communissime tota aestate totoque fere auctumno per cunctum terr. humilius. Nescio locum, ubi non inveniatur.

**615. Rivata** *Hüb. 409. HS. III. 151*; *OT. VI. 2. 212.* Hucusque semel 3. Junii exemplaria duo (sociis 1216 etc.) in virgulto campestris betuleti *Zubrze.*

**616. Rivulata** *SV. HS. III. 157*; *fig. 289*; *H. 259*; *OT. VI. 2. 42.* Frequens Julio et Aug. in pomariis, et silvaticis coll. circa *R g.*, *M.*, *D.*, *et L.*; preaterea solitarie in montibus *Mag. et W R.*

**617. Blandiata** *SV. HS. III. 153*; *H. 258*; *OT. VI. 2. 43.* Sub finem Julii 1858 inveni Bl. aliquot exemplaribus in foenariis pratis *Z. p. et Kam.* mont. vallium circa *Wołcze* (sociis 6 etc.), frequentem autem (simul cum 556 etc.) in declivibus alpis *Pikuj* (4190 p. v. Łób.) in Thymo serp., Prunella vulg., Diantho barbato etc.



http://rcin.org.pl

**618. Minorata** *Tr.* (*Ericetata Dale.*). *OT. VI.* 2. *143*; *HS. III. 153. fig. 118.* Volitavit frequenter 26. Julii 1858 (cum priore, 556 etc.) per flores Prunellae vulg., Thymi serp., Saxifragae aizoonis etc. in montis *Huśla* alpe *Pikuj*.

**619. Albulata** *SV. HS. III. 157*; *H. 257*; *OT. VI. 2. 13.* Frequens Majo et Junio in pratis subsilvestribus, nemoribus, silvis dumosisque circa *S.*, *R. g.*, *Stup.*, *D.*, *L.*, *etc.* In montosis nullibi mihi obvia fuit.

**620. Decolorata** *Hüb. 243*; *HS. III 157*; *OT. VI. 2. 13.* Quotannis vulgaris iisdem ac prior locis extremo Majo et Junio.

**621. Luteata** *S V. HS. III. 110*; *H. 103*; *OT. VI. 2. 16.* Quotannis communissime Junio in diversis silvis frond. nemoribusque per omne terr. in humiliores montes usque.

**622. Candidata** *SV. HS. III. 110*; *H. 101*; *OT. VI. 2. 31.* Volitat frequenter circa *L.* extremo Majo in omnibus siłvis circumjacentibus. In silvaticis *R. g.* reperi per sex annos semel exemplar unicum.

**623. Obliterata** *Hufgl.* (*Heparata SV.*). *HS. III. 111*; *H. 58*; *OT. VI. 1. 264.* Quotannis communissime in variis silvis, salicetis nemoribusque silvescentis Alni glut. per cunctum terr. usque ad inferiores Fagi regiones. Extremo Majo, totoque Junio

**624. Scripturaria** *SV. HS. III. 143*; *H. 274*; *OT. VI. 2. 47.* Hucusque semel exemplar unicum (sociis; 238, 690 etc.) percussione Quercus 30. Junii inter fruticeta coll. *Zapole* prope *H.*

**625. Bilineata** *L. HS. III. 143*; *H. 264*; *OT. VI. 2. 56.* Quotannis vulgaris Majo-Sept. in silvaticis eorumque pratulis ubique locorum usque ad promontoria. Legi eam circa *Spas*, *Urycz*, *R. g.*, *M.*, *J.*, *et L.*

**626. Riguata** *Hüb. 358*; *HS. III. 143*; *OT. VI. 2. 52.* Semel exemplar singulum 29. Junii in coll. pratulo subsilvatico nter *L. et Wi.* (simul cum 151 etc.).

**627. Silaceata** *Hüb. 477. 478. 303*; *HS. III. 170*; *OT. VI. 2. 197.* Singula specimina in *Samboriae* pomario et in silvaticis circa *D.*, *Stup*, *H*, *et J.* Junio. Quoad consocios vide 185, 233, 1195, 863, 238, 690, 1309.

**628. Corylata** *Thbg.* (*Ruptata Hüb. 295.*). *HS. III. 172*;

http://rcin.org.pl

*OT. VI. 2. 200.* Sigulatim in coll. silvaticis circa *R. g. et L.* sub finem Maji Junioque.

**629. Badiata** *SV. HS. III 145; H. 291; OT. VI. 2. 80.* Hucusque reperi exempl. duo *Samboriae et Leopoli* in pomariorum sepiminibus Aprili.

**629. Berberata** *SV. HS. III. 146; OT. VI 2. 185; H 287.* Hucusque spec. duo Julio *Leopoli* in horto botanico (vide 288).

**630. Rubidata** *SV. HS. III. 146; H. 2. 90. OT. VI. 2. 188.* Hucusque semel 19. Junii exempl. duo (sociis: 158 etc.) in coll. querceti *R. g.* herbosis virguletisque.

**631. Chenopodiata** *SV. HS. III. 165; H. 299; OT. VI. 2. 167.* Quotannis vulgaris Julio in floralibus et pometis usque ad regiones montanas. Adest *Samboriae Leopoli*, circa *M.*, *D.*, *W.*, etc. Involat saepe in domicilia.

**632. Tersata** *SV. HS. III. 174; H. 268. 448; OT. VI. 2. 62.* Hucusque semel 25. Junii in coll. querceto *R. g.* unicum exemplar obsoletum (sociis: 58, 91, 96, 143, 187, 188, 194, 314, 320, 390, 391, 426, 428, 429, 431, 434, 446, 472, 491 — 493, 581, 623, 639, 643, 677, 689, 700, 703, 708, 717, 718, 720, 727, 729, 733, 734, 740, 747, 749, 750, 755, 763, 764, 767, 771, 774, 777, 778, 780, 781, 783, 786, 797, 798, 800 — 803, 816, 817, 823, 827, 828, 835, 838, 843, 847, 866, 873, 875, 888, 891, 894, 896, 928, 938, 947, 948, 950, 966, 988, 1038, 1051, 1052, 1075, 1076, 1092, 1101, 1166, 1205, 1209 — 1211, 1213, 1217, 1218, 1221, 1222, 1224 — 1226, 1228, 1229, 1215, 1239, 1241, 1244, 1249, 1262, 1266, 1270, 1279, 1283, 1308, 1313, 1314, 1316, 1320, 1321, 1325, 1327, 1337.).

**633. Vitalbata** *SV. HS. III. 175; H. 269; OT. VI. 2. 66.* Hucusque eqemplar unum *Leopoli* 2. Julii in muro horti botanici.

**634. Variata** *SV. HS. III. 173; OT. VI. 1. 334; H. 293. 380.* Exemplaria duo 3. Julii ad marginem coll. querceti *P. R.*

**Var. Obeliscata** *Hüb. 296. HS. 240 — 242. OT. VI. 1. 338.* Specimen unicum, quod in collectione habeo, reperi eodem die una cum Variata. Alia hac excursione lecta lepidoptera enumeravi sub numero 998.

**635. Albimacularia** *Freyer.* (*Arctata Lienig, Aquilaria*

http://rcin.org.pl

*FR.*). In silvaticis inter *L.* et *Wi.* reperi semel 30. Junii in Quercu exemplar unicum (vide 690 et 238).

*Pyradiata invenitur per Eur. usque ad Lapp., in Casano, pr. Or. — Fulv.: in Austria, Germ. etc., usque ad Sueciam. — Ocell. et Bicol.: per Eur. usque ad Lapp., in Casano, pr. Or. — Iunip.: usque ad Sueciam. — Siterata: usque ad Sueciam et Cas. — Trucata: in Austria, Germ. etc. usque ad Lapp. et Cas. — Olivata: hic illic in Europa. — Miaria: ubivis in Eur. usque ad Lapp., in Casano, pr. Or., Uralo. — Brunn.: ad Vindob., in Saxonia, Suecia, Casano. — Silvata in Austria, (rara). — Fluct.: per Eur. usque ad Lapp. et Cas., secus in pr. Or., ins. Rhodo, Asia minori. — Mont.: usque ad Lapp., in Cas. et pr. Or. — Ligustr.: praecipue in Eur. bor. usque ad Cas., in Uralo. — Ferrug.: usque ad Lapp., in Cas., pr. Or. — Suff.: in Austria, etc.; usque ad Cas. — Quadrif.: Vindobonae, in Germ. bor. alibique ad Lapp et Cas. usque. — Propug.: in Austria, Germ. bor., Gallia, usque ad Lapp. et Cas. — Dilutata: per Eur. in Sueciam et Cas. usque. — Caesiata: in Alpibus in Helvetia, Tyroli et Styria, in Palat. superiore, Bavaria, ad Ratisb., in Lapp. — Nebulata: in summis, Styriae Alpibus, in Gallia merid. — Rupestr.: in Tyrolis et Styriae Alpibus, Germ. bor., Franconia, Suecia. — Galiata: per Eur. in Lapp. usque; in Styria. — Cucull.: hic illic in Eur. ad Cas. usque, in pr. Or.; (rara). — Albicill.: per Eur usque ad Sueciam, in Cas., pr. Or. — Procell.: in Austria, Hung., etc. — Luct.: in Austriae montosis, Styriae et Helv. Alpibus, Germ. bor., in Lapp. et Cas. — Affinit.: in Alpibus et Anglia. — Trist.: usque ad Lapp., in Cas., Uralo, Bask. — Alchem.: ubivis in Eur. usque ad Lapp. et Cas. — Rivata: in Styriae Alpibus, ad Ratisbonam, etc. — Rivul.: usque ad Lapp., in prov. Or. — Bland.: in Austria — Minorata: in Styriae Alpibus. — Albul.: in Germ. etc.; usque ad Lapp. et Cas. — Decol.: in Styriae Alpibus, Germ. bor., Suecia, Casano, prov. Or. — Lut.: in Austria, Hung. etc., ad Sueciam et Cas. usque. — Candid.: in Lapp. usque. — Hepar.: usque ad Sueciam et Cas., in Uralo. — Script.: in Austriae et Styriae montosis, ad Vindob., Rhenum, in Gallia merid. — Bilin.: usque ad Sueciam, in Transcaucasia, ad Lenkoran, Tlos, Macri, in ins. Rhodo. — Rig.: in Suecia, Gallia merid., ad Vindob., Ratisb., in Uralo. — Silac.: in Austria, Bavaria, Gallia bor., Casano, Japonia, (rara). — Rupt.: in Austria, Bavaria, Casano. — Badiata: hinc inde per Eur. usque ad Sueciam. — Berberata: in Austria, Helvetia, Germ. — Rubid.: in Austria alibique, (rara). — Chenop.: usque ad Sueciam, in Cas., pr. Or. — Tersata: ad Vindob., in Palat. super.; ad Sueciam usque. — Vitalb.: regionatim in Eur. usque ad Cas. — Variata: in Sueciam et Cas. usque.*

## Eupithecia *Curt.*

**636. Castigata** *Hüb. 166. HS. III. 133. et. 121. fig. 164 — 167.* Vulgaris Junio inter frutices silvarum circa *L.* et in betuleti *Lwowiec* excisis. Incolit praeterea et pomaria.

**637. Exiguata** *Hüb. 379. HS. III. 123 et 137; OT. VI. 2. 116.* Aliquot exemplaria Majo et Junio in frutectis silvaticis pagorum *R. g.*, et *Cz.*

http://rcin.org.pl

**638. Lanceata** *Hüb Verz.* (*Hospitata Tr.*). *HS. III. 118 et 125. H. 236.* Hucusque exemplar unicum 25. Maji in Abiete pect. prope *H.* (vide 790).

**639. Satyrata** *Hüb. 439. HS. III. 120 et 130*; *fig. 147 — 151*; *OT. VI. 2. 108.* Vulgaris sub finem Maji et Junio in pomariis silvarumque fruticosis circa *Samb. et L.*, porro in monte *Magóra.*

**640. Pimpinellata** *Hüb. 443. 444. HS. III. 139 et 123. fig. 153*; *OT. VI. 2. 115.* Unicum exemplar 20. Aug. in piceto *Swińka* prope *Hołosko.*

**641. Tenujata** *Hüb. 394. HS. III. 119 et 129. fig. 168 169.* Singula spec. Junio in querceto *R. g.* virguletisque corylinis silvarum in *Liś.* (vide 158. 690 etc.).

**642. Innotata** *Hufgl. HS. III. 119 et 128. fig. 274*; *H. 441. 442*; *OT. VI. 2. 124.* Unicum exemplar sub finem Junii (sociis : 215 etc.) in campestri querceto *B.*

**643. Nanata** *Hüb. 387*; *HS. III. 119 et 128. fig. 168. 169*; *OT. VI 2 136.* (?). Semel exemplar unicum 26. Maji (sociis : 993 etc.) percussione Coryli avell. in coll. silvaticis *R. g.*

**644. Centaureata** *SV. HS. III. 118 et 125*; *H. 240. 452*; *OT. VI. 2. 126.* Aliquot exempl. Majo in truncis arborum pomarii ante silvas in pago *R. g.* et in lucis circa *L.*

**645. Linariata** *SV. HS. III. 118 et 125*; *H. 242*; *OT. VI. 2. 122.* Unicum exemplar 12. Junii (comitibus: 1309 etc.) prope *Janow* in Quercu ad marginem mixtae silvae *P. P*

**646. Begrandaria** *B. HS. III. 122 et 135. fig 128 et 129.* Quotannis copiose Junio in silvaticis et fruticosis usque ad ditiones montanas; speciatim autem circa *R. g., D., L., J., et W.*

**647. Rectangulata** *L. HS. III. 123 et 138. fig. 275. 276*; *H. 235. 337*; *OT. VI. 2. 97.* Vulgaris Junio-Aug. in hortorum sepiminibus et silvaticis circa *S., M., L. et W.*

**648. Sparsata** *Tr. HS. III. 142*; *H. 398*; *OT. VI. 2. 133.* Medio Junio exempl. duo in coll. betuleti *Lw.* fruticosis (vide 1014.)

**649. Strobilata** *Hüb. 449. 450*; *HS. III. 124 et 139*; *OT.*

http://rcin.org.pl

*VI. 2. 110.* Extremo Majo exemplar unum (sociis: **993**) in Corylo avell. in coll. silvaticis *R. g.*

**650. Pusillata** *SV. HS. III. 122 et 136. fig. 158. 159; H. 378; OT. VI. 2. 119.* Reperitur solitarie Majo in *Samboriae* hortis et Junio inter virguleta coll. betuleti *Lw.*

**651. Silenata** *Standf. HS. fig. 428. 544.* Singula specimina 21. Maji in Quercu mixtarum silvarum ad pedem monticuli *Cz. sk.* (sociis: **26, 97, 176, 189, 298, 474, 486, 512, 550, 622, 632, 636, 663, 683, 700, 705-708, 777, 782, 816, 852, 860, 865, 894, 896, 897, 900-903, 953, 994, 1047, 1054, 1076, 1118, 1190, 1248, 1260, 1325**) et 1. Junii in Evonymo (frequentissime per Haliciae silvas crescenti) in mixtis silvaticis *R. g.* (vide **863**)

**652. Austerata** *Hüb. 457.* (*Vulgata Haw.*) *HS. III. 119 et 129. fig. 138-140; OT. VI. 2. 107.* Provenit solitarie Majo et Junio *Samboriae Leopolique* in sepibus, porro in variis silvaticis circa *L.* nec non inter virguleta in betuleti *Lw.* excisis.

**653. Subumbrata** *Hüb. 233. Laquearia HS. III. 124 et. 139. fig. 181. 182. OT. VI. 2. 112.* Semel exemplar unicum 8. Aug. (vide **266**) in Quercu ad marginem coll. querceti *Łuh* in *Rak.* prope *D.*

**654. Immundata** *Lienig. Argillacearia HS. III. 136. fig. 143. 144.* Hucusque exemplar unicum **24.** Junii (sociis: **15, 19, 42, 96, 159, 187, 197, 320, 461, 465, 466, 468, 559, 543, 581, 779, 775, 789, 800, 802, 803, 816, 835, 843, 891, 895, 1045 — 1047, 1052, 1291**) in Corylo coll. querceti *P.* prope *Cz.*

**655. Obrutaria** *FR. HS. III. 126 et 119; fig. 145. 146.* Sat multa initio Junii in campestri querceto *B.* In coll. silvaticis *R. g.*, rarissima.

*Castigata invenitur hic illic in Eur., in Uralo. — Exig. per Eur. usque ad Livoniam. — Lanc.: usque ad Livoniam et Lapp. — Satyrata: in Austria. — Pimp.: in Bohemia. — Tenujata: ad Ratisb. etc — Innotata: in Austria, Germ., alibique in Livon. usque. — Nanata: hic illic in Eur. usque ad Livon. — Cent.: per Eur. usque ad Sueciam, Livon. et Cas. — Linariata: praecipue in Germ. bor., usque ad Livon.; Vindobonae, in Anglia, Casano. — Begr.: ad Ratisb., Glogaviam etc., in Livonia. — Rect: per Eur. ad Sueciam et Livon. usque. — Sparsata: in Germ., Gallia, Casano. — Strobil.: in silvis acerosis Austriae, Germ. etc — Pusill.: in silvis acer. ad Livon. usque. — Aust.: in s. acer. in Austria, Palat. super, alibique ad. Liv. usque. — Subumbr.: in Austria, Germ., Palat. superiore, ad Ratisbonam. — Immund.: in Bohemia, Livonia. — Obrut.: in Bohemia, ad Vindobonam et Ratisbonam.*

http://rcin.org.pl

# Microlepidoptera.

## Pyralidae.

### Pyralis *Schrk.*

**656. Pinguinalis** *L. HS. IV. 119*; *H. 24*; *OT. VII. 39.* Frequens Majo-Julio ubivis in domiciliis usque ad montanas alpestresque regiones (*U. g.*, *W.*).

**657. Angustalis** *SV. HS. IV. 126*; *H. 21. 123*; *OT. VII. 46.* Unicum exemplar obsoletum, quod in collectione habeo, reperi 16. Julii 1854 (sociis: 321 etc.) in *Samboriae* pomario graminoso.

*Ping. invenitur secus ubique in Eur. usque ad Lapp. — Ang.: ad Vindob., in Hung., Italia, Germ. media, Suecia, Anglia.*

### Scopula *Schrk.*

**658. Dentalis** *SV. HS. IV. 15. fig. 120*; *H. 25*; *OT. VII. 54.* Semel exemplar unicum 3. Julii in calcareorum collinorum *Szyp* herbosis declivibus (una cum: 447, 448, 457, 458, 470, 552, 554, 762, 998, 1078, 1180 etc.).

**659. Prunalis** *SV. HS. IV. 40*; *H. 77. 118*; *OT. VII. 56.* Singulatim Majo Junioque, copiose Julio ubivis in hortis silvaticisque a pl. usque ad montosa (*Wołcze.*).

**660. Sophialis** *Hüb. HS. IV. 35*; *H. 50*; *OT. VII. 58.* Hucusque exemplar unicum 30. Maji in coll. querceto *Radł. górne* (vide 1086).

**661. Frumentalis** *L.* (*Repandalis Hüb. 64.*). *HS. IV. 35*; *OT. VII. 60.* Exemplar alterum *Leopoli* inter zizania 26. Maji (sociis: Flavicaria, Alchymista, Dip. Pinastri, Echiella, Proboscidali); alterum in sabuletis prope *Hołosko* 30. Junii (comitibus: 238 etc.).

**662. Olivalis** *SV. HS. IV. 42*; *H. 52*; *OT. VII. 65.* Exemplar alterum 19. Junii (sociis: 158 etc.) in coll. silvaticis

http://rcin.org.pl

*R. g.*, alterum 25. Julii (una cum: 194, 448, 565, 616, 681, 702, 766, 873, 1027, 1166) in inferiore parte silvigeri montis *Magóra* prope *Łomna.*

**663. Sticticalis** *L. HS. VI. 34*; *H. 45*; *OT. VII. 64.* Quotannis communissime Majo-Sept. usque ad montanas regiones in hortis, silvis, pratis pascuisque. Infinito prope numero observavi Stict. 25. Maji 1859 circa *Leopolim*, 7. Aug. 1857 in vervactis inter *Modrycz et Bolechow*, et Septembri 1855 in agris circa *Samb. et Radł. górne.*

**664. Alpinalis** *SV. HS. IV. 31. f. 10*; *H. 63. 175. 176*; *OT. VII. 69.* Unicum exemplar (sociis: 556 etc.) 26. Julii in summo cacumine rupestri alpis *Pikuj* (4190 p. v. Łob.) in florente Saxifraga aizoone, quae densum ibidem format pulvinulum.

**665. Nebulalis** *Hüb. HS. IV. 33. fig. 11. 12*; *H. 51*; *OT. VII. 62.* Volitavit frequenter (cum priore, 556 etc.) 26. Julii per alpis *Pikuj* declivia septemtrionalia. Exemplaria quiescentia praecipue sub Gentianae asclep. foliis delitescunt.

**666. Aenealis** *SV. HS. IV. 25*; *H. 46*; *OT. VII. 72.* Hucusque semel spec. duo (simul cum: 998 etc.) 3. Julii in collinorum *Szyp* declivibus floridis.

**667. Margaritalis** *SV. HS. IV. 34. H. 55*; *OT. VI. 73.* *Samboriae* per omnes annos semel specimen unicum in pomario graminoso. In herboso margine illius silvae mixtae in *Hołosko*, quae arenosum tumulum *Hel.* attingit, volitat Marg. frequenter toto Junio (una cum: 328. 238 etc.). Excepta utraque regione reperi Marg. 3. Julii (sociis 998 etc.) in calcareorum collinorum *Szyp* siccaneis declivibus apricis.

**668. Stramentalis** *H. Verz. HS. IV. 35*; *H. 62. OT. VII. 76.* Singula specimina inter zizania in silvae mixtae *Zapust* saltu paludoso (sociis: 746 etc.), in Quercu ad marginem querceti *Łuh in Rak.* (comitibus: 1195 etc.) et in Senecione nemorensi in fageto montis *Huśla* (una cum: 17 etc.) loco circiter 3400 p. v. elato. (Terminus Fagi: 3550 p. v. v. Łob.). Julio.

*Dent. provenit secus in Austria, Hung., Germ., ad Ratisb., in Italia, Dalmatia. — Prun.: ubique in Europa usque ad Livoniam et Lapp. — Soph.: in Borussia, Helv., Banatu, Alpibus Styriae, Austria, Dalmatiaque. — Frum.: in Europa*

http://rcin.org.pl

*meridionaliori; ad Vindob., in Hung., Rossia Germ., Livonia, Suecia. — Oliv.: in Styriae Alpibus, in Hung., Saxonia, Livoniaque. — Stictic.: in Eur. usque ad Sueciam Livoniamque; in Austria, Germ., Gallia, Rossia. — Alp.: in Austriae et Styriae montosis; in Sudetis. — Nebul: in Styriae Alpibus, in Silesia, Austria, Lapp. — Aenealis: in Alp., ad Vindob., in Dalm., Hung. — Marg.: per Europam usque ad Livoniam et Sueciam; in Austria, Hung., Bavaria, Germ., Ukraina, ad Neapolim. — Stram.: usque ad Sueciam Livoniamque; in Germ. bor., Austria.*

## Botys *Latr.*

**669. Lancealis** *SV. HS. IV. 29; H. 117; OT VII. 79.* Reperitur frequenter, interdum numerose, Junio Julioque in mixtis silvis coll. ditionum *R. g.* et *Stup.* Circa *Leopolim* inveni anno 1859 semel exemplar unicum.

**670. Silacealis** *Hüb. 116. 94. HS. IV. 30; OT. VII. 81.* Raram hanc in nostratibus Pyralidem inveni adhuc usque singugulis spec. Junio in mixta silva *R. g.* (sociis 220, 1014) et 2. Julii ad marginem querceti *Łuh in Rak.* (vide 1195.).

**671. Sambucalis** *SV. HS. IV. 30; H. 81. OT. VII. 83. Samboriae Leopolique* in floralibus, praeterea inter zizania in coll. silvaticis circa *R. g.*, *Stup.* et ad pedem monticuli *Cz. sk.* Quotannis satis frequens. Junio et Julio.

**672. Stachydalis** *Zinck. HS. IV. 30. fig. 114.* Volitat mixtim cum Sambuc., sed rarius invenitur. Testante Amplissimo Łobarzewski Parietaria Haliciae deest, quam ob rem erucae aliis plantis ali videntur.

**673. Politalis** *SV. HS. IV. 35; H. 136. 183. FR. 27; OT. VII. 85.* Hucusque exemplar unicum (sociis 998 etc.) 3. Julii in collinorum *Szyp* fruticosis mixtis. Delitescebat in Corylo.

**674. Rubiginalis** *Hüb. 79. FR. 27; HS. IV. 30; OT. VII. 87.* Hucusque exemplaria tria: duo (comitibus 1309 etc.) 12. Junii in coryletis coll. querceti *P. R.*, tertium (simul cum: 1320, 1319, 1273, 1252, 1250, 1240, 1206, 1199, 1181, 1171, 1128, 1127, 1116, 1117, 1107, 1099, 1061, 963, 896, 877, 768, 749, 744, 742, 734, 728, 703, 691, 682, 677, 560, 513, 517, 435, 366, 156.) 19. Aug. ad coll. silvae *R. g.* marginem in Sorbo aucuparia.

**675. Ferrugalis** *Hüb. 54. 150. HS. IV. 39; OT. VII. 94.* Hucusque semel 20. Julii *Samboriae* prope ambulacra



http://rcin.org.pl

*Wychylówka* ad marginem saliceti (ripas fluminis Dniester vestientis) exemplar unicum (comitibus: 1283, 1171, 1162, 1069, 1061, 1057, 1056, 889, 828, 824, 766, 758, 602, 607, 686, 588, 544, 461 455, 452, 442, 319, 298, 246, 187, 186, 178, 165, 155, 83, 72, 43.).

**676. Fulvalis** *Hüb. 147. FR. 6. HS. IV. 39; OT. VII. 95* Singula exempl. in *Samboriae* floralibus (una cum 321), in florido sepulcreto pagi *D.* (sociis 266 etc.) et in prato *Z. p.* mont. vallium circa *Wołcze* (comitibus 6 etc.). Julio.

**677. Fuscalis** *SV. HS IV. 27; H. 66; OT. VII. 96.* Quotannis communissime ab extremo Majo ad Aug. ubique in silvaticis per omne terr. usque ad montes elatiores (Mag., W. R.).

**678. Pallidalis** *Hüb.* (*Repandalis SV.*). *HS. IV. 27; H. 115; OT. VII. 59.* Semel specimen unicum 24. Aug. ad marginem silvae frond. in promontoriis *Spas.*

**679. Cinctalis** *Tr. HS. IV. 37; H. 72. 73. OT. VII. 97.* Semel exemplar unicum (comitibus: 482, 479, 481, 687, 945 etc.) prima Julii in nemore mixto monticuli *Cz. sk.* 1304 p. v. (Kbg.) alti.

**680. Flavalis** *SV. HS. IV. 28; H. 69; OT. VII. 99.* Unicum exemplar (comitibus: 1309 etc.) 12. Junii prope *J.* ad marginem pineti *R.* in Quercu, quae hic passim aliis cum arboribus frondentibus crescit.

**681. Hyalinalis** *Hüb. 74; HS. IV. 28; OT. VII. 100.* Vulgaris Junio Julioque in silvaticis per omne terr. usque ad ditiones montanas. In vico *D.* vagabatur Hy. frequentissime 2. Julii (vide 1195 etc.) ad marginem mixtarum silvarum *M. k. i b. d.*

**682. Verticalis** *L. HS. IV. 29; H. 57; OT. VII. 101.* Vulgatissime Julio et Aug. in coll. silvaticis circa *R. g., Stup., D. et L.* Annis 1855 et 1859 eam nullibi conspicere mihi contigit.

**683. Pandalis** *Hüb. 59; HS. IV. 29. fig. 88; OT. VII. 103.* Quotannis copiose Majo et Junio ubique in silvis per cunctum terr. a pl. in elatiora promontoria usque.

**684. Trinalis** *SV. HS. IV. 31; H. 68; OT. VII. 105.* Hucusque semel 3. Julii exemplar unicum (comitibus: 998 etc.) prope *J.* in Quercu pumilescenti, quae cum Pinis silv. Coryletisque calcareorum collinorum *Szyp* terga convestivit.

http://rcin.org.pl

**685. Urticalis** *Hüb. 78*; *HS. IV. 27*; *OT. VII. 106.* Quotannis communissime Majo-Julio ubique locorum inter zizania in hortis silvisque per omne terr. a pl. in montosa usque (*Mag.*, *W.*, *W. R.*). Mense Junio frequentissime.

**686. Hybridalis** *Hüb. 114*; *HS. IV. 42*; *OT. VII. 109.* Solitarie Majo Junioque in silvaticis *R. g.*, *Stup. et H.* 20. Julii 1859. autem vagabatur Hybr. copiose circa *R. g.* per agros florente Trifolio consitos.

**687. Palealis** *SV. HS. IV. 39*; *H. 70*; *OT. VII. 116.* Hucusque semel prima Julii specimen unicum inter densa Pop. tremulae fruticeta in monticulo *Cz. sk.* (vide **945** etc.).

**688. Forficalis** *L. HS. IV. 36*; *H. 58*; *OT. VII. 122.* Semel exemplar unicum (sociis: **262** etc.) sub finem Junii in *Samboriae* pomario graminoso.

**689. Interpunctalis** *Hüb. 128*; *HS. IV. 26. f. 59. 86*; *OT. VII. 128.* Exemplar unicum ad pedem monticuli *Cz. sk.* loco uliginoso in Lythro salicaria 18. Maji (sociis: **1, 2, 13, 23, 24, 26, 31, 41, 44, 56, 60, 61, 75, 76, 78, 90, 97, 100, 107, 189, 211, 388, 397, 410, 413, 474, 478, 488, 501, 512, 513, 510, 527, 544, 547, 550, 572, 599, 622, 683, 689, 700, 705-708, 749, 716, 755, 775, 777, 780, 782, 783, 831, 846, 852, 853, 860, 871, 894, 896, 900-903, 912, 953, 1027, 1040, 1043, 1045, 1038, 1054, 1059, 1075, 1095, 1117, 1136, 1231, 1244, 1248, 1252, 1273, 1295, 1316, 1319, 1320, 1322, 1325**).

*Lanc. invenitur secus in Eur. usque ad Germ bor.; ad Vindob., in Hung. — Silac.: in Livonia, Germ., ad Vindob., in Hung., Italia merid. — Samb.: in Eur. usque ad Sueciam et Livoniam. — Stach: ad Vindob., Glogaviam, Megalopolim, Brunsvigam. — Polit.: in Austria Siciliaque. — Rubig.: in Austria, Hung., Ukraina. — Ferrug.: in Hung., Italia, Helvetia. — Fulv.: in Austria, Hung., ad Parisios Syracusasque. — Fusc.: in Eur. usque ad Sueciam Livoniamque, in Italia, Hung., Rossia, Germ. — Pallid.: in Germ., Austria, Hung. — Cinct: in Europa usque ad Sueciam Livoniamque; in Germania, Hung., Austria, Dalmatia. — Flav.: in Austria etc. usque ad Livoniam Sueciamque. — Hyal.: in Hung., Austria, Germ., Rossia; usque ad Sueciam Livoniamque. — Vert.: in cuncta Eur. usque ad Liv. et Sueciam; ad Syracusas. — Pand.: in Hung., Austria etc. usque ad Liv.; ad Neapolim. — Trin.: in Austria, praecipue ad Vindob. — Urt.: in universa Eur. ad Liv. et Sueciam usque. — Hybr.: in Austria, Germ. etc. usque ad Livon. Lapponiamque; in Italia, Dalm. — Pal.: per Eur. usque ad Livon.; in Italia merid., Dalm., Hung. — Forf.: in universa Eur. usque ad Livon. Sueciamque. — Interpunct.: in Gallia merid., Corsica, Italia, Dalmatia.*

http://rcin.org.pl

## Cledeobia *Steph.*

**690. Acuminalis** *HS. II. 442. f. 619.* (*Costaestrigalis Wood*). Eximium hunc papiliunculum, quem Clariss. Schäffer Noctuis adnumerat, inveni uno specimine pulcherrimo in Quercu prima vesperi 30. Junii prope *Leopolim* in excisis coll. querceti supra *c. Liś.* Una cum Acum. legi tempore pomeridiano in dicta silva sequentes species: 27, 50, 67, 70, 152, 153, 187, 188, 194, 197, 299, 320, 427, 432, 434, 491, 493, 513, 514, 570, 581, 598, 613, 623, 635, 728, 729, 641, 802, 803, 832, 864, 902, 928, 944, 988, 990, 1066, 1085, 1090, 1098, 1183, 1191, 1193, 1196, 1198, 1210, 1211, 1220, 1221, 1237, 1248, 1264, 1278, 1282, 1307, 1336; horis antemeridianis vero in silvaticis *Hołosko* lepidoptera sub numero 238 enumerata.

*Reperitur secus circa Reichstadt, Neustrelitz et Biberteich.*

## Nymphula *Schrk.* (Cataclysta Hüb.)

**691. Reticularis** *L.* (*Literalis SV.*). *HS. IV. 26*; *H. 86*; *OT. VII. 131.* Quotannis copiose Majo-Aug. in pratis, silvis, vervactis pascuisque siccis per terr. cunctum usque ad montanas regiones (*Mag.*, *W.*, *Czarna.*).

**692. Lemnalis** *L. SV. HS. IV. 7*; *H. 83. 84*; *OT. VII. 134.* Sat frequens Majo, Junio et Aug. *Samboriae Leopolique* in pomariorum sepibus, praeterea in floridis ripis rivulorum in pago *R. g.*

**693. Stratiotalis** *SV. HS. IV. 10*; *H. 87*; *OT. VII. 137.* Aliquot exemplaria Junio in arundineto ad marginem piscinae in pago *Radł górne.*

**694. Nymphaealis** *L. Tr*; *HS. IV. 11*; *H. 82*; *OT. VII. 141.* Hucusque semel 15. Junii (cum priore) in paludosis ante pagum *R. g.* spec. unicum in Butomo umbellato.

**695. Potamogalis** *L. Tr*; *HS. IV. 11*; *H. 85*; *OT. VII. 143.* Reperitur quotannis solitarie in humidis pratis: *P. L.*, *Bł.*, *St. w. ł.*, nec non in illis circa *L.* 31. Maji — 4. Aug.

*Retic. provenit secus ubique in Eur. usque ad Livon. — Lemn.: per Eur. in Sueciam et Livoniam usque; ad Neapolim. — Strat. et Potamog.: in Europa usque ad Livon. Sueciamque; in Sicilia. — Nymph.: ad Vindob., in Hungaria, Germ. etc. usque ad Sueciam Livoniamque.*

http://rcin.org.pl

## Asopia *Tr.*

**696. Farinalis** *L. HS. IV. 121; H. 95; OT. VII. 147.* Vulgaris Junio Julioque ubivis in domiciliis per territorium cunctum in montosa usque (*Czarna*).

**697. Glaucinalis** *L. HS. IV. 122; H. 98; OT. VII. 149.* Semper et ubique solitatim in ditionum coll. pomariis, lucis, frutectis, dumosisque circa *S.*, *R. g.*, *Stupnica*, *Modrycz*, *Janow et Leopolim.* Junio-Aug.

**698. Fimbrialis** *SV. HS. IV. 122; H. 97; OT. VII. 154.* Unum specimen hujus eximii papiliunculi inveni 12. Junii ad marginem querceti *P. R.* (comitibus: 770, 674, 697, 1309 etc.).

*Farin. invenitur secus in Eur. usque ad Lapp.; in Italia, America boreali. — Glauc.: in Eur. bor. et media; in Suecia, Anglia, Germ., Silesia, Hungaria, Austria. — Fimbr.: in media et austr. Europa; in Italia Suecia, Anglia, Silesia, Austria, Hungaria.*

## Agrotera *Schrk.*

**699. Flammealis** *SV. HS. IV. 12; H. 99; OT. VII. 155.* Duo exemplaria, quae in coll. habeo, reperi in Quercu 3. Julii in mixto prosilvio coll. pineti *R.* (vide: 998 etc.).

*Secus in Austria, Hung., circa Ratisb., Berolinum, Neapolim.*

## Endotricha *Zell.*

**700. Nemoralis** *SV HS IV; 12. H. 100; OT. VII. 156.* Elegans subtilisque hic papiliunculus reperitur quotannis fere copiose Majo Junioque in variis silvaticis nemoribusque (praecipue Alni glut.) per omne territorium usque ad montanas regiones (*Magóra*, *Wołcze*, *Czarna*).

*Secus in Austria, Germ., Hung., Polonia, Italia merid. etc.*

## Choreutis *H.* (Simaethis H.)

**701. Parialis** *Tr. (Pariana H. 1. 2.); FR. 26; HS. V. 94: OT. VII. 159.* Semel 6. Julii exemplar unicum (sociis 967 etc.) in Quercu ad marginem fageti, quod crescit inter *Leopolim et Winniki* ad viae stratae dextram.

**702. Alternalis** *Tr. VII. 160.* (*Fabriciana H. 4. 5.*). *HS. V. 95.* Volitat frequentissime Majo — Sept. ad silvarum,

http://rcin.org.pl

dumetorum, fruticosorum, nemorumque (praecipue Alni glut.) margines per terr. cunctum a pl. usque ad alpestres regiones. Obvia mihi fuit circa *Stup.*, *R. g.*, *M.*, *D.*, *L.*, *W*, nec non in superioribus Fagi regionibus (sociis 17 etc. in alpestri monte *Huśla* (4190 p. v. Łob. alto), unde 26. Julii anni 1858. plura exemplaria per spisse hic crescentem florentemque Senecionem nemorensem volitantia in memoriam mihi sumpsi.

**703. Scintilulalis** *Tr. X. 3. 33.* (*Scintilulana H. 204*). *HS. V. 96.* Specimina singula Junio (una cum 632 etc.), Julio (comitibus 451 etc.) et Aug. (sociis: 674 etc.) in mixtae coll. silvae *R. g.* virguletis.

*Par. invenitur secus in Europae septemtrione usque ad maris Baltici provincias; in Casano. — Altera.: in Eur. meridionaliori usque ad Bohemiam; in Casano. — Scint.: in Hung., Bavaria etc.; sept. versus usque ad Neostreliciam.*

## Pyrausta *Schrk.*

**704. Sanguinalis** *L* „*Alis ant. flavis, costa fasciisque duabus sanguineis, media macula adjacente subflava, antelimbali in alae apicem angulumque ani excurrente; poster. cinereis.*“ *OT. VII. 163*; *HS. IV. 23*; *H. 33.* Decoram hanc Pyraustam detexi prima vice 12. Junii 1859. prope *Janow* adversus pinetum *Romanówha* in arenosorum collinorum *Próchnik* declivibus apricis, ubi Sang. frequenter socialiterque una cum Thalp. Paula (ceterum vide 1309 etc.) prope ipsam humum per plantas humillimas vagabatur. 3. Julii e. a. iterum in hac regione fui, sed aliquot tantum exemplaria obsoleta (comitibus 998 etc.) obvia mihi tunc fuerunt. Treitschkeana adumbratio locorum a Sanguinali inhabitatorum est collinis *Próchnik* tam consentanea, ut Treitschkium ipsum hic legisse aliquis putare possit.

**705. Purpuralis** *L. Tr. VII. 166*; *Hüb. 34. Ostrinalis HS. IV. 22*; *fig. 107. 108.* Quotannis vulgaris Majo — Julio ubique in pratis silvisque usque ad regiones alpestres (*Huśla*).

**706. Ostrinalis** *Hüb. 113. Tr. VII. 172. Purpuralis HS. IV. 22. f. 105. 106.* Itidem ac Purpuralis.

**707. Punicealis** *SV. HS. IV. 21. fig. 703, 104*; *H. 36. OT. VII 168.* Vulgaris Majo et Junio per cuncti terr. prata et silvatica usque ad regiones montanas (*Wołcze*, *Magóra etc.*).

http://rcin.org.pl

**708. Cespitalis** *SV. HS. IV. 23. H. 39. 40. OT. VII. 173.* In *R. g.* et *D.* reperi per sex annos singula tantum exemplaria. In pratulo florido ad marginem betuleti *Krzywczyce* prope *L.* volitat Cesp (sociis: 1183, 1180, 785 etc.) solitarie Majo Junioque, vulgatissime autem Julio *).

*Sang. provenit secus in Port., Gallia, Italia, Hung., Austria, Germania, ad Ratisb. in Livonia. — Purp.: ubivis in Eur. — Ostr.: in Italia merid., Hung., Germ. bor.; usque ad Livoniam et Sueciam. — Punic.: in Austria, Germ., ad Ratisb., in Italia merid., Livonia. — Cesp.: usque ad Sueciam Livoniamque.*

## Hercyna *Tr.*

**709. Normalis** *Hüb. 41. HS. IV. 16; fig. 98; OT. VII. 175.* Hucusque semel specimen unicum Julio in herbosis in summo cacumine alpis *Paraszka* (3996 p. v. sec. Kbg. et 3926 sec. Łob. elatae).

**710. Rupicolalis** *Hüb. 139. HS. IV. 17; OT. VII. 181. Holosericealis Hüb.*). Hanc speciem reperi sub finem Julii singulis spec. in Scorzonera rosea Dianthoque barbato in alpibus *Pikuj* (vide 556) et *Zelemin*, quarum prior 4190 (Łob.), posterior 3703 p. v. (Kbg.) est elata.

**711. Alpestralis** *Fabr. HS. IV. 18; 135; OT. VII. 182.* Unicum exemplar, quod in collectione habeo, reperi extremo Julio in graminosis alpis *Rabka*, quae affirmante Clariss. Łobarzewski alpem *Paraszka* (vide 709) altitudine aequat.

(*Roeselia Hüb.*)

**712. Strigulalis** *Hüb. 16. HS. II. 163; fig. 137; OT. VII. 187.* Hucusque inveni specimina tria 15. Aprilis et 13. Junii (so-

---

*) *Praeter enumeratas Pyraustas testantibus Clarissimis Schäfferio et Zawadzkio in Halicia etiam Pyr. palustralis et castalis reperiuntur. Hac occasione praetermittendum non est, in Halicia multo plures adhuc species in hoc opusculo non adductas ab aliis visas lectasve fuisse. Sic observavit noster ornithologus Clariss. Comes Wodzicki in summis Tatris Majo Auroram et Eudoram una cum Hyperantho et Pontia Crataegi (vide ejus „Wycieczka ornitologiczna w Tatry" pag. 24.); a Clariss. Consiliario Nechay inventi sunt prope Leopolim Sat. Brizeis et Alcyone; a me vero in residuis plurium antiquarum collectionum et in farraginibus ex Haliciensibus lepidoptoris factis visi sunt: Xanthomelas, Myrmidone, W-album, Onobrychis, Peucedani, Everia, Gonostigma, Bifida, Tritophus, Virens, Perflua, Maura, Literosa, Asclepiadis, Citrago, Sulphurago, Elinguaria etc. etc. Ubi et quando haec lepidoptera lecta sint nihil certi affere possum; sed quoniam jam semel in nostratibus capta sunt, verisimile est, eadem etiam a me in futurum inveniri.*

http://rcin.org.pl

ciis 1014 etc.) in coll. silvaticorum *R. g.* Alnis glut., quartum 16. Maji *Samboriae* in pomarii septo. Specimen Junio inventum est obsoletum lacerumque.

**713. Albulalis** *Hüb. 14. HS. II. 166. f. 140; OT. VII. 191.* Unicum exemplar (sociis: 967, 1137, 501$^{1}/_{2}$ etc.) 6. Julii in coll. silvaticis mixtis inter *Leopolim et Winniki.* Latitavit in altioribus vetustae Quercus ramis.

**714. Palliolalis** *Hüb. 13.* (*Cucullatella L.*). *HS. II. 164; OT. VII. 188.* Quatuor exemplaria pulcherrima *Samboriae* in pomariorum sepiminibus 23. Junii et 16. Julii (sociis 356, 321 etc.).

*Norm. provenit secus in Hung. — Rupic.: in Italiae et Helvetiae Alpibus; in Lapp. — Alpestr.: in montosis Austriae, Styriae Helvetiaeque; porro in Lapp. — Strig.: hinc inde in Europa. — Albul.: in Hung., Austria, Saxonia; rara. — Palliol.: in cuncta fere Europa.*

## Ennychia *Tr.*

**715. Cingulalis** *S. V. HS. IV. 20. H. 30; OT. VII. 197.* Hucusque semel 9. Junii prope *H.* in tumulo sabuloso *Helowszczyzna* (sociis 328 etc.) duo pulchra specimina, quae ibidem sole aestuante per flores prope ipsam humum vagabantur.

**716. Anguinalis** *Hüb. 32. HS. IV. 20. OT. VII. 198.* Volitat solitarie in nardeto ad campestris betuleti *Zubrze* marginem (vide 1275), in apricis pratulis sub - et intersilvaticis circa *Lis.* (simul cum 789) et *Janów* (vide 1309 etc.), et in sterilibus apertis ante montem *Magóra* prope *Ł.* (vide 795). Majo, Junio.

**717. Luctualis** *Hüb. 88. „Atra; alae anter. macula lunulata, poster. fascia transversa niveis". OT. VII. 200. HS. IV. 20. fig. 63.* Bellus hic papiliunculus in aliis Europae regionibus rarus volitat in nostratibus vulgate socialiterque secundum coll. querceti *R. g.* margines (rarius in media silva), praeterea solitarie in fruticosis silvarumque excisis per coll. ditiones *Stupnica, Hołosko et Krzywczyce.* Vagatur humiliter velociterque libentissime duas tresve horas ante solis occasum in silvarum marginibus inter folia et frutices, quam ob rem difficulter conspicitur capiturque. 24. Maji — 11. Julii. Specimina extremo Majo initioque Junii lecta pulcherrima, serius capta obsoleta sunt.

**718. Octomaculalis** *L. „Atra; alae omnes binis maculis niveis; scapulis flavis." OT. VII. 201; HS. IV. 20; H. 75.* Iisdem in locis et tempore ac prior, sed ubique vulgaris.

http://rcin.org.pl

**719. Pollinalis** *SV. HS. IV. 16*; *H. 29*; *OT VII. 202.* „*Nigra; alae omnes binis maculis albis, anteriores lineola alba e media basi*". Volitavit satis frequenter 12. Junii prope *Janow* per vaccineta in pineti *R.* excisis (una cum: 87, 548, 799) et in collinorum *Szyp* apricis declivibus herbosis In lucidis silvaticorum circa *Leopolim* reperi Poll. medio Majo.

**720. Atralis** *Hüb. 27*; *HS. IV. 16*; *OT. VII. 206.* Semel 25. Junii exemplaria duo in herbosis in coll. betuleti *Lwowiec* excisis (vide 632).

*Cing. et Anguin. reperiuntur secus per Eur. usque ad Sueciam Livoniamque. — De Luctualis geogr. distrib. dicit Clariss. Schäffer: „Certissime ex Syrmia et Italia; certe non ex Saxonia." — Octomac. et Poll: occurrunt in Hung., Bavaria, Austria etc usque ad Livoniam Sueciamque. — Atralis denique habitat in Alpibus, in Austria, Germ., Livonia, Lapponia.*

## Tortricidae.

### Halias *Tr.*

(*Chloëphora Steph.*)

**721. Prasinana** *L. HS. II. 446*; *H. 158*; *OT. VIII. 4.* Hucusque singula exemplaria Junio in coll. quercetis *R. g.* (sociis: 1238 etc.) et *Kor.* (una cum 328 etc.).

**722. Quercana** *SV. HS. II. 446*; *H. 159*; *OT. VIII. 7.* Alterum exemplar reperi in coll. querceto *R. g.* (sociis: 721, 1238 etc.), alterum prope *J.* in querceto *P. R.* (hic una cum: 698, 806, 1309 etc.). Junio.

(*Earias Hüb.*)

**723. Vernana** *Hüb. 161*; *HS. II. 447*; *OT. VIII. 9.* Duo exemplaria 16. Aug. *Leopoli* in ambulacrorum Pop. tremula.

**724. Clorana** *L. HS. II. 448*; *H. 160. OT. VIII. 10.* Annis 1852 ad 1858 reperi exemplaria duo (simul cum 1086 etc.) in silvaticorum *R. g.* Pop. tremulis, tertium *Samboriae* in pomarii sepimine Majo.

*Pras. invenitur secus in Austria, Hung., Germ., Helvetia, Gallia, Lapponia. — Quercana: in quercetis Austriae, Hungariae etc. usque ad Sueciam. — Vernana: in Austria, Hung. ad Vindobonam. — Clorana: ubivis in Eur. usque ad Lapp.*



http://rcin.org.pl

## Penthina *Tr.*

(*Sarothripus Curt.*)

**725. Revayana** *) *SV. HS. II. 445; H. 6 - 10; OT. VIII. 22.* Hucusque specimen singulum 29. Maji 1852. in coll. querceto *R. g.* (una cum; 1086 etc.).

**Var. Ramosana** *Hüb. 10.* Item exemplar unicum 26 Maji 1859. in Quercu ad campestris querceti *Bednarówka* marginem (sociis: 940, 980. etc.).

**Var. Undulana** *Hüb 7.* Hucusque exemplaria septem Julio (una cum 451, 238 etc.) in coll. querceto *R. g.*, octavum 1. Maji (comitibus: 360, 1044, 1255 etc) in campestri querceto *B.* Latitat praecipue in marginalibus Quercubus.

(*Penthina Tr.*)

**726. Hartmanniana** *L. HS. IV. 227. H. 110. OT. VII. 91.* Exemplaria duo 29. Maji 1853. in coll. silvaticorum *R. g.* virguletis (comitibus: 1086 etc.).

**727. Salicana** *L. SV. HS. IV. 226; H. 11. OT VIII. 24.* Frequens in hortorum septis zizaniisque *Samboriae Leopolique*; praeterea vulgaris incola dumetorum spinetorumque territorii cuncti in elatiores montes usque (*Wołcze*). Extremo Junio, Julio.

**728. Capreana** *Hüb. 250; HS. IV. 227. fig. 182; OT. VIII. 27.* Frequentissime Junio et Aug. in vepretis silvarumque virgultis per omne terr. in montanas valles usque.

**729. Variegana** *Hüb. 14; HS. IV. 228; OT. VIII. 35.* Vulgaris Junio inter zizania ad hortorum sepimenta silvarumque margines; praeterea in dumosis fruticetisque per omne terr. usque ad elatiores montes (*Czarna*, *Podhorodce etc.*).

**730. Pruniana** *Hüb. 15; HS. IV. 228; OT. VIII. 33.* Quotannis communissime Junio ubique in dumetis ad agrorum silvarumque margines in promontoria usque.

**731. Lediana** *L.* (*Lienigiana Zell.*). *HS. IV. 229.* Huc-

---

*) *Clariss. Herrich-Schäffer species 721—725 Noctuis adnumerat.*

http://rcin.org.pl

usque semel 22 Maji ad coll. silvae *R. g.* marginem specimen unicum in Alno glutinosa.

**732. Dimidiana** *Tr. X. 3. 46; HS. IV. 228. fig. 164. 165.* In rubeto coll. silvae *R. g.* exemplar unicum Junio.

**733. Gentianana** *Hüb. 12; HS. IV. 230; OT. VIII. 36.* Communissime Junio et Aug. ubique locorum in dumetis ad silvarum margines in promontoria usque.

**734. Sellana** *H. 331; HS. IV. 230 fig. 183.* Itidem ac Gentianana.

**735. Cynosbana** *L.* (*Tripunctana SV.*). *HS. IV. 233; H. 18; OT. VIII. 38.* Solitatim Junio ad margines coll. silvarum in *R. g.*, *H. et K.*

**736. Amoenana** *Hüb 248.* (*Incarnatana H. 191*). *OT. VIII. 41; HS. IV. 232.* Unicum specimen inter frutices ad mixtae silvae *R. g.* marginem 30. Maji (vide 1086).

**737. Suffusana** *Kuhlw. HS. IV. 232. fig. 178.* Solitarie Junio Julioque in *Samboriae Leopolisque* septis, porro in dumetis frutectosisque ad silvarum coll. margines in *R. g.*, *H. et D.*

**738. Ocellana** *SV. OT. VIII. 40; HS. IV. 233; H. 16.*, Vulgatissime Junio-Aug. ubique in hortorum sepiminibus, silvis, lucis, dumetisque per cunctum terr. in montanas ditiones usque.

**739. Dealbana** *Fröl. Minorana Tr. VIII. 43 et X. 3. 53; FR. 22; HS. IV. 232.* Quotannis copiose Junio Julioque praecipue in pomariorum septionibus; porro in dumosis usque ad promontoria.

**740. Aceriana** *Mann. HS. IV. 232. fig. 350.* Semel 25. Junii exempl. duo (sociis: 632 etc.) inter frutices in coll. betuleti *Lwowiec* excisis.

**741. Simplana** *FR. 20.* „*Alis anter. argenteis, sordide-albo maculatis; basi, oppositis duabus maculis costae et dorsi, limbo ciliisque fuscis; alis poster. cinereis, capite albo.*“ *HS. IV. 234.* Speciem hanc hucusque speciminibus pluribus in solo betuleto *Lwowiec* pagi *R. g.* invenire mihi contigit. Volitat ibidem quotannis solitarie initio Junii mox post solis occasum in excisorum herbosis prope ipsam fere humum. Uno tempore dantur in hac regione:

http://rcin.org.pl

1222, 1224, 1327, 1187, 1283, 1225, 1060, 1113, 1013, 1125, 1209, 1211, 1213, 1022, 1243, 931, 628, 428.

**742. Roseomaculana** *Mann.* „*Alis omnibus fuscis, anterioribus crebre, poster. parce persicino-variegatis, illis macula magna ad* $^2/_3$ *costae persicina.*“ *HS. IV. 229. fig. 163.* Semel 19. Aug. (sociis: 674, 703, 1099, 1181 etc.) specimen unicum paulo obsoletum in fruticoso alneto ad coll. silvae *R. g.* marginem.

**743. Sauciana** *Hüb. 305.* „*Alis anter. nigricantibus, fascia undulata obliqua a* $^2/_3$ *costae ad angulum ani persicina; alis poster. obscure-griseis.*“ *HS. IV. 229.* Hucusque exemplaria duo 25. Maji (comitibus: 790 etc.) in coll. piceto *Swińka*, tertium 12. Junii (sociis: 1309 etc.) in campestri pineto *R.* prope *J.*

*Revayana reperitur una cum varietatibus in plurimis Europae regionibus. — Hartmanniana: in Europa usque ad Livoniam. — Salicana: in Austria, Germania etc. — Capr., Variegana et Pruniana: per Europam usque ad Livoniam. — Dimid.: in Silesia, Bohemia, Bavaria, Lapp., Liv., circa Francofurtum a. M.; (rara). — Gent.: In Tyroli, Styria, ad Salisburgum etc. usque ad Livoniam. — Sell.: in Europa usque ad Livoniam. — Amoenana: in Germania Hungariaque. — Suff.: localiter in Eur. usque ad Livoniam. — Occll.: in Austria, circa Ratisb. alibique in Eur. usque ad Livoniam. — Dealb.: hic illic in Eur. usque ad Livoniam. — Acer.: circa Vind., Francofurtumque a. M. — Simpl.: in Bohemia, circa Vindob. et Ratisb.; (rara). — Roseomac.: de geogr. distrib. Roseomaculanae, papiliunculi affirmante amicissimo Mann rarissimi, nihil certi adducere possum. — Sauc.: in Sax., Boh., Austria, Livoniaque; (rara). — Triquetrana: in Bohemia, Regno Wurtemburgico, Germania boreali, etc.; usque ad Livoniam. — Cretaceana: praecipue in Germania boreali.*

(*Steganoptycha Steph.*)

**744. Ramana** *L.* „*Cano-albida; macula dorsali anteriore oblique-triquetra fusca, litura posteriore apiceque pallidioribus.*“ *Triquetrana Tr.* X. *3. 52; HS. IV. 279; H. 280. 336.* Satis frequens Aug. et Sept. in betuletis vel mixtarum silvarum prosilviis Betula intermixtis in *Modrycz* (vide 1152), *Radf. górne* (comitibus: 85 etc.), *Dobrowlany* (una cum: 266 etc.) et *Zubrze* (hic sociis: 239 etc.).

(*Poecilochroma Wood.*)

**745. Cretaceana** *Hüb. 318.* „*Alis anter. ochroleucis, dorsi striola anteriore interrupta incurva nigra, litura posteriore grisescente nigro-punctata; alis poster. griseis.*“ *HS. IV. 203.* Hucusque singula specimina Junio in herbosis coll. querceti *R. g.* (sociis: 1300 etc.) et in campestris betuleti *Zubrze* prosilvio (comitibus: 1026, 1216 etc).

http://rcin.org.pl

## Tortrix *L.*

(*Lozotaenia Curtis*)

**746. Besseri*)** *sp. n.*

„*Nitidula; alis anterioribus pallidis, hepatico-griseis, grosse obscurius reticulatis tenuiterque fusco venosis, fascia media integra antice dilatata postice coarctata fusca, macula costali solita ante apicem nulla; ciliis utrinque basi flavescentibus, apice exalbidis, squamis nigris inspersis; posterioribus fuscescenti-, ciliis pallide lutescenti-griseis.*"

Novam hanc Tortricem dedico memoriae Inclyti olim **Villibaldi Besseri**, Haliciensis et Podolico-Volhyniensis florae primi disquisitoris rariorumque insectorum Polonicorum descriptoris.**)

Unicum specimen, quod in collectione habeo, in collina ditione *Stupnica* 29. Junii de marginali Abiete pectinata in solido piceto *Jedlina* excitare mihi contigit, ubi eodem tempore et species: **950, 936, 816, 803, 791, 738, 668, 686, 681, 623, 506, 471, 429, 424, 103, 109, 96, 83** volabant.

Quod similitudinem cum aliis Tortricibus adtinet, Besseri bene cum Diversanae varietatibus comparari potest. In collectione Amplissimi Josephi Mann Vindobonae vidi Tortricem „Vienensianam" appellatam meoque exemplari Haliciano simillimam. Ex accurata comparatione amborum exemplarium haud dubie apparuit, specimen Mannianum cum meo identicum non esse. In museo Palatini Vindobonensis nulla invenitur Tortrix, quae cum mea specie congrueret. Summa cum perseverantia animique intentione icones inspicere et descriptiones legere etiam non deeram, sed nihil tale invenire mihi licuit, quod in meam Tortricem quadraret.

Habitus et magnitudo Diversanae; latitudo 9''', longitudo $3^1/_2$'''.

Caput cum thorace luteo—, scapulae fusco-griseae; abdomen fuscum, barba analis luteola, pedes albido-fusci.

Alarum anteriorum aream basalem minorem fundo obscuriorem terminat obsoletior linea arcuata subinterrupta fusca, ante costam evanescens et basin versus concava. Per medium tendit oblique extrorsumque fascia utrinque angulata fusca, quae nullibi est interrupta, in costa media incipit et non sicut apud Diversanam prope angulum analem, sed remotius

---

*) *Ultimas syllabas ana et ella, quae Tortricum Tinearumque nominibus adjunguntur, praeeuntibus Illustrissimis Fabricio, Zellerio aliisque in meis speciebus novis omitto.*

**) *Maxima Clarissimi Besseri de historia naturali merita nuntiabunt etiam Bessera azurea Schultes, Carabus Besseri Fischer, Brachycerus Besseri Schönnherr, Marmaropus Besseri Schönnherr, Chrysomela Besseri Krynicki.*



http://rcin.org.pl

finitur. Huc accedit, quod haec fascia media in specie nostra pone costam est latissima, versus marginem anteriorem autem aequaliter fit angustior, quum fascia media Diversanae costam versus coarctatur, dorsum versus dilatatur. Costa inermis; apex et angulus posticus non prominuli; limbus subverticalis.

Macula costalis anteapicalis, quae in numerosis Diversanae exemplaribus meae collectionis semper plus minus distincta adest, in Tortrice Besseri nec conspicitur nec ullis signaturis est indicata.

Regio angusta inter lineam baseos fasciamque mediam antice penitus innotata, postice aliquot strigulis in plura triangula positis est signata. In area limbali magna disjectae sunt crassae strigulae transversae fuscae, partim distinctissimae partim obsoletiores, porro rectae vel subarcuatae tribuuntque alis simul cum nervis tenuibus obscurioribus aspectum reticulatum.

Linea limbalis alarum anticarum nigricans extremis alae strigulis obsessa; cilia dimidii apicalis obscuriora subdimidio basali flavescentia, apice exalbida, squamis crassis nigris passim dense (sub apice) inspersis subdivis. Linea limbalis alarum posticarum alis vix obscurior; ciliorum linea dividens subfuscens.

Pagina inferior alarum omnium fuscescenti-grisea, anteriorum vix obscurior. Alae posticae non sunt reticulatae, in anticis sola costa vix conspicue est strigulata.

**747. Ameriana** *L.* „*Alis anter. ferrugineis, subviolaceo-tinctis, linea liturave fasciaeformi diffluenti media maculisque duabus (una costali ante apicem effusa, una ex angulo ani versus costalem) fuscis, limbo ciliisque quasi ambustis; poster. cinerascentibus, apice late aurantiacis*“. 12‴. *FR. 43, 44*; *HS. IV. 156*; *H. 124*; *OT. VIII. 49.* Provenit solitarie Junio - Aug. in sepibus pomariorum circa *S. et L*, satis multa vero in quercetis *R. g.*, *Ł. in Rak.*, *Wozn. in Stup. et* in mixtis silvaticis ditionis *Leopolitanae.*

**748. Piceana** *L.* „*Alis anter. ferrugineis, subroseo tinctis, apice, maculis duabus costalibus, una ex angulo ani strigulisque transversis crebris fuscis, stria longitudinali disci medii brevicula nigricante; poster. vix apice aurantiacis.*“ Magnitudo prioris. *HS. IV. 157*; *FR. 43*; *H. 264*; *564. OT. VIII. 65.* Hucusque semel unicum exemplar masculum 2 Aug. in Abiete pectinata in silvula Jedlina prope munimenta in *Stup.* (comitibus 1171. 1057. 827. 697. 695. 692. 682. 613. 560. 508. 462. 455. 461. 491. 492. 424. 448. 449. 434. 431. 429. 550. 1177. 1103. 768. 766. 682. 104. 93. 92. 89. 86. 83. 72—79. 69. 68. 67. 6.

http://rcin.org.pl

**749. Xylosteana** *L.* „*Alis anter. subolivaceis, ferrugineo-mixtis, fascia media, maculis tribus* (*una dorsi pone basin verticali, una costae ante apicem quadrata, una ex angulo ani*) *apiceque subcinnamomeis brunneove-fuscis; poster. fusco-cinereis.*“ 9—11‴. *HS. IV. 157; H. 125; FR. 45; OT. VIII. 55.* Quotannis copiosa Junio-Aug. in variis silvis, praecipue quercetis, per omne terr. in humiliores montes usque.

**750. Crataegana** *Hüb. 126. 107.* „*Alis anter. luteo-griseis, macula una baseos, una costali versus angulum ani producta, fascia media disco dilatata subdentata limboque castaneis.*“ *10—11.‴ FR. 45; HS. IV. 157; OT. VIII. 57.* Solitatim Junio Julioque in quercetis *R. g. et Łuh in Rak.*

**751. Laevigana** *SV.* „*Alis anter. griseo-testaceis, signaturis plerumque haud determinatis obsoletissimisque; macula una basali, una costali ante apicem* (*latere postico versus angulum ani continuata*) *fasciaque media obliqua antice lineari postice dilatata fuscis; poster. intense cinereis, apice ochraceis; omnibus subtus dimidiato luteis.*“ *10‴. FR. 11: H. 117. 118. 302; HS. IV. 159; OT. VIII. 62.* Quotannis communissima Julio in dumosis, lucis, silvaticisque circa *R. g. et L.*

**752. Dumetana** *FR. 20.* „*Alis anter. subreticulatis dilute fuscescentibus, area basali, fascia media obliqua utrinque acute terminata, macula costali lineolaque ex ea versus angulum ani continuata obscurioribus; poster. flavido-albis, apice infra ochraceis, subtus lineolis transversis fuscis.*“ *9‴. HS. IV. 160; OT. X. 3. 60.* Exemplaria 4 ad coll. querceti *R. g.* marginem 21. et 31. Julii (sociis 477 et: 1320. 1308. 1206. 1171. 1110. 1103. 936. 984. 851, 857. 850. 853. 779. 778. 766. 758. 697. 682. 671. 631. 692. 616. 697. 625. 560. 544. 429. 461. 357. 492. 448. 462. 319. 455. 93. 92. 86. 83. 72. 57. 26). Omnia specimina de vetustis Quercubus marginalibus excitavi.

**753. Gerningana** *SV.* „*Alis anter. flavo-brunneis, fascia media obliqua* (*limbum versus paululum inflata*) *maculaque costae ante apicem magna versus angulum ani continuata rufescenti-ferrugineis, area basali fundo non obscuriore; poster. flavido-cinereis; antennis pectinatis.*“ *9‴. HS. IV. 160. f. 239; H. 108; OT. VIII. 72.* Hucusque unicum exemplar masculum 10. Julii ad marginem silvulae betulineae in mixtis silvaticis collinorum *Świńka* prope *H.*

http://rcin.org.pl

**754. Consimilana** *Hüb. 239. „Alis anter. pallide aureis, parte areae basalis supra dorsum, fascia media obliqua (limbum versus inacute determinata), macula costali effusa lineolaque ex ea versus ang. ani continuata fulvo-brunneis; poster. antice albidis, postice dilutis canescentibus." 8'". HS. IV. 160. f. 54. 347; OT. VIII. 75.* Universim satis frequens quidem, sed ubique solitaria dispersaque. Reperitur praecipue in quercetis ditionum *R. g., Cz., Stup., Rak. et Liś.* Julio.

**755. Diversana** *Hüb. 251. „Aliis anter. pallidis griseolutescentibus, tenuissime obscurius reticulatis, fascia media obliqua interrupta maculaque costae ante apicem (saepe continuata posticeque cum fascia confluente) fuscis; poster. griseis, subtus exalbidis fuscoque strigulatis." 9—11'". HS. IV. 161. f. 50—52; OT. VIII. 176.* Quotannis vulgaris Junio et Julio per cunctum terr. humilius.

**756. Orana** *FR. 9. „Aliis anter. ferrugineis, tenuissime dense cinnamomeo-reticulatis, fascia media maculaque costali obsoletis vix obscurioribus; poster. cinereis." 8—10'". Hüb. 271; HS. IV. 161; OT. X. 3. 61. Samboriae Leopolique* specimina singula Julio in pomariorum sepiminibus.

**757. Pilleriana** *SV. „Alis anter. nitidis orichalceis ochraceisve, macula dorsali baseos, fasciis duabus (una ante, una post medium) limboque fuscis ferrugineisve; poster. fuscescentibus." 8—11'". HS. IV. 162. f. 349; H. 136. 172; OT. VIII. 73.* Exemplar alterum inter frutices ad ripas montani rivuli pratensis in *Wołcze,* alterum in Quercu ad marginem coll. querceti *Ł. in R.* (comitibus 6. 1195. etc.). Julio.

**758. Grotiana** *Fabr. „Alis anter. aureo-flavicantibus, tenuissime rufo strigulatis, basi, fascia media obliqua interrupta constrictave et macula costali (postice cum fascia saepe confluente) fuscis; poster. fuscescentibus." 8.'" HS. IV. 162; FR. 11; H. 133; OT. VIII. 81.* Reperitur frequenter Julio in silvaticis circa *R. g., Cz., D, L. et J.* Incola Quercuum.

**759. Ochreana** *Hüb. 134 „Aureoflava; fascia media obliqua ferruginea cum tali macula costali postice confluxae maculam minorem ochraceam intercludunt; alae poster. obscure-cinereae." Major Gerningana. HS. IV. 162; OT. VIII. 84.* Hucusque specimen singulum 23. Junii (sociis 215 etc.) in nemore fruticoso ad betuletum *K.* prope Leopolim.

http://rcin.org.pl

**760. Strigana** *Hüb. 141. „Alis anter. aureolis nitidis, strigis duabus (altera baseos breviore, altera media) obliquis maculaque costali ante apicem (saepe plus minus versus angulum analem continuata) carneo-cinnamomeis; poster. colore variantibus.“ 8 - 10'''. HS. IV. 163; OT. VIII. 80.* Aliquot exemplaria inveni 12. Junii et 3. Julii (sociis: 1309, 998 etc.) prope *J.* in collinorum *P. - S.* sterilibus sabuletisque apertis. In Leopolitano arenoso monticulo *W. z.* satis frequenter volitat.

**761. Gnomana** *L. „Alis anter. ochroleucis sericeis, fascia media obliqua (in costa distinctissima, postice obsoletissima) pluries interrupta maculaque costali anteapicali fusco - rubentibus; area basali non obscuriore; poster. exalbidis.“ 8'''. Costana SV. FR. 10; HS. IV. 164; OT. VIII. 79.* Exemplar unicum (sociis 1300 etc.) 5. Junii inter coryleta mixtarum silvarum circa pagum *R. g.* In Halicia rarissima esse videtur.

**762. Adjunctana** *Tr. VIII. 54. „Fusco-grisea, maculis duabus (altera costae mediae, altera apicis) obscurioribus. Alae poster. cinerascentes, apice anguste obscuriores.“ 11.''' Viburnanae similis. FR. 9; HS. IV. 164*, Exemplar singulum 3. Julii inter quercea Pinique silvestris frutecta in calcareis collinis *Szyp* (vide 998).

**763. Sorbiana** *Hüb. 113. „Alis anter. sericeis, flavescenti - griseis, area basali, fascia media obliqua interrupta (antice angusta, postice versus angulum ani effusa) maculaque postica costali unicoloribus olivaceis; poster. fusco-nigricantibus; omnium limbo subtus late flavo.“ 13.''' HS. IV. 165; OT. VIII. 51.* Volitat frequenter in coll. silvaticis circa *R. g. et J.* In aliis regionibus hucusque obvia mihi non fuit.

**764. Cerasana** *Hüb. 119. „Alis anter. alutaceo - flavescentibus, dimidio interno nigro-fumatis, area basali, fascia media integra fusco-marginata maculaque costae anteapicali subferrugineis; poster. fuscescentibus.“ 9-11.''' HS IV. 165; OT. VIII. 69.* Frequens toto Junio, satis multa Julio — Sept. in variis silvaticis coll. ditionum *R. g., Rak. et L.*

**765. Cinnamomeana** *Tr. VIII. 61. „Alis anter. cinnamomeis, basi, fascia media obliqua indentata maculaque costali anteapicali subrubiginosis pallideque marginatis; poster. cinereis; capite, palpis antennisque albidis. 8'''. FR. 9; HS. IV. 166.* Exemplaria plura in silvaticis circa *R. g. et Cz. sk.* Junio.

http://rcin.org.pl

**766. Heparana** *SV.* „*Alis anter. hepaticis, basi, fascia media disco dentata maculaque anteapicali obscurioribus; poster. obscure cinereis; capite alis anter. concolore.*" *9 - 11½'''. HS. IV. 166; H. 116; OT. VIII. 58.* Quotannis vulgatissima Julio et Aug. in pomariorum sepibus et in silvaticis terr. cuncti a pl. usque ad alpestres regiones (*H. w., U. g., Sle.*).

**767. Ribeana** *Hüb. 114.* „*Alis anter. ochroleuco - flavescentibus, area basali, fascia media, macula costae anteapicali ciliisque obscurioribus; poster. obscure fuscis.*" *8-10½'''. HS. IV. 166. OT. VIII. 67.* Vulgaris in pomariorum septis, porro in silvaticis per omne terr. in humiliores montes usque. Junio.

**768. Corylana** *Fabr.* „*Alis anter. alutaceo-flavis, cinnamomeo reticulatis, basi, fascia media maculaque costae anteapicali cinnamomeis; poster. cinerascentibus, apice albidis.*" *12'''. HS. IV. 167; OT. VIII. 66; H. 115.* Frequens Aug. et Sept. in marginibus coryletisque silvarum per omne terr. usque ad promontoria. (*Argyrotoxa Wood*).

**769. Holmiana** *L.* „*Alis anter. fulvis, postice subviolaceis, macula costae media trigona nivea.*" *6'''. HS. IV. 169; OT. VIII. 124; H. 39.* Specimina plura Julio et Aug. in coryletis silvarum circa *R. g.*, inter zizania ad hortorum sepimina in pago *M.*, ad marginem querceti *Ł. in R.* et in monticulo *W. z.*

**770. Bergmanniana** *L.* „*Alis anter. citrinis, postice ferrugineo-reticulatis, costa striaque limbali obscurius -, fasciis duabus mediis irregularibus dilutius - aurantiacis, plumbeo - maculatis; poster. cinerascentibus.*" *6½'''. HS. IV. 170; OT. VHI. 121; H. 137. 340.* Communis Junio Julioque in rosetis, dumetis et in silvarum marginibus, in quibus Rosae crescunt. Inveni eam hucusque solum circa *R. g., L. et J.*

**771. Forskaeleana** *L.* „*Alis anter. flavis, ferrugineo reticulatis, costa, fascia media unica rectangulariter fracta striaque limbali fuscis; poster. aureolis.*" *Magnitudo prioris. HS. IV. 171; OT. VIII. 120; H. 143.* Hucusque semel specimina duo sub finem Junii (sociis 460 etc.) inter virguleta querceti *R. g.*

**772. Loefflingiana** *L.* „*Alis anter. stramineis flavisve, ferrugineo-signatis, strigis quattuor (una baseos, duabus mediis, una limbali) fuscis, vix plumbeis; poster. cinereis.*" *9'''. Plumbana*

http://rcin.org.pl

*Hüb. 190. 54*; *HS. IV. 170*; *OT. VIII. 118.* Exemplaria duo (sociis 328 etc.) inter quercea fruticeta *Zapole prope Hołosko.*

(*Ptycholoma Wood.*)

**773. Lecheana** *L.* „*Alis anter. fuscis, aequaliter fulvo squamatis, strigis duabus mediis maculisque pluribus disjectis plumbeis*; *poster. obscure fuscis.* 10.‴ *Leacheana L. HS. 171*; *OT. VIII. 106.* Reperitur quotannis solitatim Junio in quercetis vel in Quercubus mixtarum silvarum circa *R. g.*, *Stup. et L.* (vide 205). In septis pomariorum et hortorum Leopolitanorum rarissima.

(*Tortrix L.*)

**774. Viridana** *L.* „*Alis anter. prasinis, costa albida*; *poster. cinereis.*“ $10^1/_2$.‴ *HS. IV. 172*; *OT. VIII. 96*; *H. 156.* Communissima Junio et Julio in silvaticis per cunctum terr. in montosa usque. Anno 1856. vidi eam innumerosam catervatimque non solum in frond. silvaticis pagi *R. g.*, sed etiam in contermino piceto vetusto circa pagum *Uherce.*

**775 Rusticana** *Tr. VIII. 95.* „*Alis anter. maris cervinis, feminae sulphureis, subtilissime ferrugineo-reticulatis*; *poster. cinereis.*“ 7.‴ *HS. IV. 173*; *FR. 10*; *H. 102.* Volitat solitatim Majo per herbosa in betuleto *Lw.* et in silvigero monticulo *Cz. sk.* prope *Leopolim* (sociis 689, 993 etc.).

**776. Viburnana** *SV.* „*Alis anter. innotatis, maris ochraceis, feminae fuscogriseis*; *poster. obscure-cinereis.*“ 10.‴ *HS. IV. 173. f. 45*; *OT. VIII. 300.* Semel exemplaria tria (2 mares, 1 fem.) in coryletis silvaticorum *R. g.* 13. Julii (comitibus; 83, 92, 93, 153, 186, 237, 319, 429, 430, 452, 509, 581, 607, 692, 725, 738, 747, 749, 751, 758, 754, 764, 766. 811, 818, 823. 827, 856, 859, 870, 877, 901, 983, 1012, 1050, 1051, 1057, 1058, 1066, 1069, 1078, 1105, 1125, 1131, 1158, 1126, 1163, 1170, 1171, 1174, 1179, 1172 1205, 1206, 1234, 1235, 1250, 1259, 1262, 1269, 1294, 1313, 1316, 1308, 1329, 1336, 1341, 1346).

(*Lophoderus Steph.*)

**777. Ministrana** *L.* „*Alis anter. fulvis nitidis, per medium basale limboque cinnamomeis, maculis duabus fasciam mediam indicantibus obscurioribus, puncto centrali albido*; *poster. cinereis.*“ 10—13.‴ *HS. IV. 175*; *OT. VIII. 89.* Quotannis vulgatissima Majo Junioque in silvis, lucis dumetisque per omne terr. in montosa usque.

http://rcin.org.pl

(*Xanthosetia Steph.*)

**778. Hamana** *L.* „*Alis anter. citrinis, puncto antico supra dorsum strigaque hamata in dimidio limbali ferrugineis; poster. fusco-cinereis; ciliis albidis.*“ *11.'" HS. IV. 175; H. 139. 140; OT. VIII. 85.* Copiosa Junio-Aug. in hortis, pratis, prosilviis cultisque per terr. cunctum a pl. in alpestria usque (*U. g., Żabie*).

**779. Zoegana** *SV.* „*Alis anter. vitelinis, puncto antico supra dorsum castaneo, striga angulata postica limboque castaneo-rufis confluentibus, maculam fundo concolorem suborbicularem includentibus; poster. fuscescentibus; ciliis rufo-aureolis.*“ *9.'" HS. IV. 176; H. 138; OT. VIII. 87.* Speciem hanc inveni frequentem in convallibus montanis circa *W.* (cum priore, 6 etc.), porro satis multam in pratis silvarumque herbosis circa *R. g., Cz., J. et L.* In urbium pagorumque hortis quoque adest, unde pervesperi in domicilia collustrata involat. 23. Junii—14. Aug.

(*Cochylis Tr.*)

**780. Decimana** *SV.* „*Alis anter. cinnamomeis, strigis contiguis subflexuosis plumbeis, maculis 4—5 (una baseos, duabus in costae dorsique dimidio, quarta majore duabusve minoribus pustulaeformibus ante limbum) colore fundi (in media ala literam H efficiente) sejunctis citrinis; poster. fusco-nigris.*“ *7—9.'" HS. IV. 181; H. 145; OT. VIII. 112.* Volitat frequenter inter coryleta alneti in mixtis silvaticis pagi *R. g.*, porro solitatim in coll. ditionibus *Stup., Cz. et L.* Majo, Junio.

**781. Tesserana** *SV.* „*Alis anter. cinnamomeis, strigis contiguis subflexuosis plumbeis, maculis* 5 (*prima pone basin, secunda ante medium costae, tertia in dorsi dimidio, quarta costali longe ante apicem, quinta ad limbi dimidium) subcontiguis citrinis. Color fundi imitatur in sinistra ala signaturam IAII.*“ Magnitudine mediocra Decimanae specimina adaequat. *HS. IV. 181. f. 327; H. 144; OT. VIII. 111.* Specimina plura inter frutecta betuleti *Lw.*, in querceto *P. R.* et in floridis pratis vallium mont. circa *W.* (vide 1309, 6 etc.). Junio, Julio.

**782. Baumanniana** *SV.* „*Alis anter. exalbidis nitidis, macula humerali fasciisque duabus introrsum obliquis cinnamomeo-rufis, punctis subargenteis; poster. cinereis.*“ *8.'" HS. IV. 184; H. 146; OT. VIII. 113.* Volitat copiose socialiterque in subsilvatico

http://rcin.org.pl

prato humido *P. L.* Vulgarem inveni eam secus in apertis pratis circa *L.* et in siccis sterilibus elatis ante silvigerum montem *Magóra* prope oppidulum Łomna. Majo et Junio.

**783. Rubigana** *Tr.* „*Alis anter. ochroleuco-sulphureis nitidis, basi, fascia media angulata basim versus obliqua, macula una costali, una ante ang. ani rubiginеis, strigis argenteis; poster. nigro-fuscis.*“ *10‴ HS. IV. 185; H. 147; OT. VIII. 117.* Vulgatissima in pratis aridis paludosisque, in sterilibus silvarumque excisis per cunctum terr. usque ad regiones montanas (Mag.). 22. Maji—24 Julii.

**784. Amiantana** *Hüb. 155.* „*Alis ant. pallide-stramineis, argenteo rivulatis, basi, fascia media subrecta, limbo ciliisque rufis; poster. fusco cinereis, albido ciliatis.*“ *8‴. HS. IV. 191; OT. VIII. 115.* Hucusque semel exemplar unicum 3. Julii inter collinorum *Szyp* frutices querceos (vide 998 etc.).

(*Euchromia Steph.*)

**785. Rosetana** *Hüb.* „*Alis ant. unicoloribus ferrugineis, maculis minutulis subrotundis inordinate congestis plumbeis; poster. fusco-cinereis*.“ *8 - 9‴. HS. IV. 204; OT. VIII. 94.* Volitat frequenter circa *L.* in sabuletis monticuli *W. z.* et in florido dumosoque pratulo ad betuleti *K.* marginem, porro in collinorum *P. - S.* sterilibus sabuletisque. Junio. Jisdem in locis et tempore volant species 760, 788, 982, 1180, 1183, 1090, 1309 etc. Circa *Samboriam* et pagum *R. g.* non reperitur.

**786. Maurana** *Hüb. 122.* „*Alis anter. sericeis fusco-griseis, basi fasciaque media indeterminata obsoletissimis paulo obscurioribus; poster. pallidioribus, capite lutescente.*“ $11^1/_2$‴. *HS. IV. 205; OT. VIII. 91.* Reperitur quotannis solitarie in Alnis glutinosis ad coll. querceti *R. g.* marginem.

**Var. Viduana** *Hüb. 303.* „*Alis anter. pallide cinereis, basi fasciaque media irregulari (in dorso diffluente) distinctis, fusco-griseis; poster. fuscescentibus.*“ *9 - 13.‴* Frequentior specie primaria, quacum mixtim invenitur.

Exemplaria omnia, quae possideo, ab 19. Junii - 11. Julii de Alnis glutinosis excitavi. Excepto pago *R. g.* obvium mihi fuit per omnes annos exemplar unicum etiam in querceto *Łuh* prope vicum *Rak.* Alia eodem tempore cum Maurana volitantia lepidoptera circa species 158, 561, 1238, 632, 149, 451, 1195, enumeravi.



http://rcin.org.pl

(*Sciaphila Tr.*)

**787. Cinctana** *SV. „Alis anter. margaritaceo-niveis, basi, fascia media subobliqua cuspidigera maculaque apicis ferrugineis, punctis sparsis nigris; atomis areae limbalis caesiis; poster. cinereis.“ 9‴. HS. IV. 196; H. 132; OT. VIII. 76.* Hucusque semel exemplaria duo initio Aug. (sociis 1152 etc.) ad margines luci *Dąbrówka*. Exemplar alterum in Quercu, alterum in Alno glutinosa abditum latebat.

*Ameriana occurit secus per Eur. usque ad Angliam et Succiam. — Xylost.: u. ad Liv., Succiam Angliamque.— Dumetana: in Hung., Bavaria.— Piller.: in Austria, Hung., Gallia, Livonia.— Decim.: in Alpibus pratisque mont., in Austria, Bav., Sax.— Amianth. in Austria Hung.— Rosetana: ad Vindob. alibique in Eur. media solitatim, in Liv. vulgaris.— Species 760, 761, 769, 772, 774 — 777, 779, 781, 782, 783, 787 reperiuntur usque ad Livoniam; species 748, 770 771, 773, 778 usque ad Succiam et Liv.; species 750, 751, 753 — 756, 758, 759, 762 — 768, 786 usque ad Angliam et Livoniam.*

## Argyroptera Dup.

(*Ablabia Steph.*)

**788. Pratana** *Hüb. 227. 228. „Testaceo-grisea, sericea, punctis aliquot majoribus fuscis.“ 9‴ HS IV. 178; OT. VIII. 101.* Innumerosam vidi eam in pratis humidiusculis prope *D.* et in pratis siccis valium mont. circa *W.* Plura specimina reperi secus in sterilibus circa *J.* Quod consocios adtinet vide 1195, 6, 998 etc.). Regionibus Samboriae deesse videtur

**789. Gouana** *L. „Alis anter. niveo-argenteis, subtus fuliginosis; poster. utrinque albis.“ 12‴ HS. IV. 177; H. 225, 226, 86, 48; OT. VIII. 102.* Exemplaria tria 23. Junii in querceti *P.* humido pratulo intersilvatico (simul cum 654 etc.).

*Ambae species reperiuntur secus per Eur. usque ad Livoniam.*

## Coccyx Tr.

**790. Comitana** *SV. HS. IV. 219; OT. VIII. 132; Piceana Hüb. 72.* Volitavit copiose 25. Maji et 9. Junii in piceto *Ska.* (simul cum: 19. 24, 26, 41, 26, 60, 100, 116, 156, 199, 236, 284, 427, 428, 446, 472 491, 504, 510, 535, 547, 550, 559, 564, 622, 623, 628, 638, 663, 700, 733, 743. 777, 782, 816, 875, 880, 900, 901, 953, 994, 1038, 1048, 1049, 1138, 1319, porro 328 etc.)

**791. Nigricana** *Mann. HS. IV. 220, f. 138.* Hucusque semel exemplar unicum (sociis 746 etc.) 29. Junii in marginali Abiete pect. in piceto *Jedlina.*

http://rcin.org.pl

**792. Resinana** *L. Hüb 29; HS. IV. 221; OT. VIII. 128.* Initio Maji 1854. legi in pinetis circa pagum *Bce.* copiosas gallas resinaceas, ex quibus 22. Maji Samboriae plures papiliunculi pulcherrimi exierunt. Postea inveni eam solitariam in fruticosis Pinis silv. in collinis *P.-S.* prope Janow.

**793. Buoliana** *SV. HS. IV. 221. f. 49; II. 154; OT. VIII. 140.* Elegantem hanc speciem inveni prope *J.* Julio (sociis: 794, 958, 959, 494, 1150, etc.) in Pinis silv. calcareo-arenosorum collinorum *P.-S.* Specimina hucusque lecta sunt minora colorisque dilutioris, quam illa, quae Vindobonae in variis vidi collectionibus.

**794. Pudendana** *FR* (*Pinivorana Zell.*). *„Alis anter. dilutius obscuriusque lateritiis; cinereo ochroleucove riculosis; poster. fusco-cinereis.“ 7.‴ HS. IV. 222. fig. 149. 150.* Viget in Pinis silv. eodem ac prior loco. Duo spec. pulchra 12 Junii, tertium paullo decoloratum 3. Julii excitavi. Quoad consocios vide 1309 et 998. (*Steganoptycha Steph.*)

**795. Pygmaeana** *Hüb. 69. HS. IV. 281; OT. VIII. 135.* Vagabatur frequenter 22. Maji (sociis: 1294, 826. 816. 782, 777, 716, 705, 689, 639, 600, 599, 599$^1/_2$, 512, 410, 398, 100, 88, 66, 25.) per frutices fageti in cacumine montis *Mag.* Unum specimen reperi praeterea 29. Maji (comitibus: 1086 etc.) in Rubo idaeo ad coll. silvae *R. g.* marginem. Omnia exemplaria lecta sunt plus minus obsoleta.

(*Strophedra HS.*)

**796. Vigeliana** *Heyd.* (*Rotundana FR.*) *HS. V. 94. f. 195.* Satis multa Junio Julioque in dumetis et in lucorum silvarumque marginibus circa *R. g.*, *D.* et *L.*

*Comit. et Resin. reperiuntur secus per Eur. usque ad Lapponiam; prior etiam in Alpibus.—Buoliana et Pygmaeana u. ad Liv.—Nigric. in Bohemia, Austria, ad Ratisb. — Pudendana: in Germ. bor., circa Vindob., Ratisb. in Livonia. — Vigeliana: in montibus Sudetis alibique per Eur. u. ad Sueciam.*

## Sericoris Tr.

**797. Trifoliana** *Hüb. HS. IV. 209.* Reperi eam *Samboriae Leopolique* in pomariis floralibusque, in agris Trifolio consitis ante silvatica circa *R. g.*, in solanorum agris circa *M.* et in mont. vallium pratis fruticetisque ad agrorum margines circa *W.* (exemplaria minima). Junio-Aug. Ubivis solitaria.

http://rcin.org.pl

**797. Striana** *SV. HS. IV. 209; H. 66. 260; OT. VIII. 178.* Vulgatissima Junio Julioque in pratis, fruticosis silvarumque umbrosis per cunctum terr a pl. usque ad montanas regiones.

**799. Mygindana** *SV. HS. IV. 210; H. 181.* Hucusque semel exemplaria duo (simul cum 1309 etc.) 12. Junii in campestris pineti *R.* excisis, ubi Vacc. myrtillus et Fragaria vesca ingenti crescunt numero.

**800. Conchana** *Hüb. 106. HS. IV. 213; OT. VIII. 148.* Copiosa Junio decrescenteque numero usque ad Sept. in pratis, dumosis herbidisque fruticetis per omne terr. in alpestria et alpina usque (W., U. g., Czhra.).

**801. Cespitana** *Hüb. 244, 245; HS. IV. 213; OT. VIII. 152.* Numerosam inveni eam in prato humido *St. w ł.* penes quercetum *Ł. in R.*, porro satis multam in humidis pratis *Bł.*; *P. L.*, *P. W.*, *et Max.* Junio, Julio.

**802. Umbrosana** *Zell. HS. IV. 215; f. 207. 208.* Quotannis communissima Junio in pratis, nemoribus, dumetis fruticetisque humidiusculis per omne terr. in montosa usque.

**803. Lacunana** *SV. HS. IV. 215. f. 338-340.* Innumerosa Majo-Julio ubique locorum per terr. cunctum in alpina usque.

**804. Rurestrana** *FR. HS. IV. 215. f. 211, 212.* Aliquot exemplaria initio Junii in humidi prati *P. L.* dumosis marginibus.

**805. Urticana** *Hüb. 65. HS. IV. 215. f. 209, 210; OT. VIII. 145.* Hucusque exemplar unicum 30. Junii (sociis 460 etc.) in spineto ad coll. querceti *P.* marginem. Verisimiliter parum tantum a me observata.

**806. Venustana** *Hüb. 326.* (*Implicana Kuhlw.*; *Dermoyana Dup.*). *HS. IV. 216. f. 187, 188.* Singula specimina (sociis 158, 998 etc.) 19. Junii et 3. Julii in coll. quercetis *R. g.* et *P. R.* Rarissima esse videtur.

**807. Bipunctana** *Tr. VIII. 154; HS. IV. 217. f. 230.* Semel exemplar unicum (sociis 482, 832, 945 etc.) 1. Julii in Quercu mixtorum silvaticorum ad pedem monticuli *Cz. sk.*

**808. Charpentierana** *Tr. VIII. 153; HS. IV. 218. f. 201.* Exemplaria ambo, quae in collectione habeo, Julio de cespitibus Vacc. vitis ideae et de Rhododendro ferrugineo in alpibus *Pikuj* et *Szpyci* excitavi.

http://rcin.org.pl

**809. Textana** *Hüb. 307—309. HS. f. 39.* „*Alis anter. nigris, fascia ad* $^1/_3$ (*nigro-interrupta*), *macula costali anteapicali effusa anguloque ani flavidis*; *ciliis nigris ochroleuco-bidivisis*; *poster. fuscis.*“ Magnitudo Urticanae. Hucusque inveni exemplaria duo; alterum pulchrum 5. Junii (sociis 1300 etc.) in luxurianti rubeto in mixtis silvaticis pagi *R. g.*, alterum obsoletum (comitibus Margaritaria, Matronula, Mayrella etc.) 11. Julii in Quercu marginali in silvaticis fagineis prope *K.*

(*Argyrotoxa Wood.*)

**810. Bifasciana** *HB. HS. IV. 171, f. 62.* „*Alis anter. fuscis, plumbeo-strigulatis, fascia media indeterminata obsoleta, apice ciliisque ochraceis*; *poster. obscure cinereis.*“ Magnitudo Implicanae. Hucusque semel exemplar unicum (sociis 447 etc.) 21. Julii media in silva pagi *R. g.* Latitabat ibidem in Spirea (per cunctam fere silvam luxuriante) tali loco, ubi diversae arbores silvaticae spisse promiscueque crescunt.

(*Coccyx Tr.*)

**811. Rufimitrana** *FR. HS. IV. 220. f. 139.* Semel specimen unicum (sociis 776 etc.) 13. Julii in silvaticis *R. g.* in Symphyto pannonico, quod ibidem in saltus parietibus densum hinc inde fingit tegile.

*Trifoliana provenit secus in Palat. sup., circa Ratisb. etc. — Species 798—803 per Eur. usque ad Liv. — Rurestr.: hic illic in Eur. — Urtic.: in Germ. etc. — Venust.: in Silesia, circa Ratisb., Neostr., Berolinum — Bipunct.: in Boh., Silesia, ad Ratisb., in Palat. sup., Liv, Lapponia. — Bifasciana: in Bohemia, Crania et circa Megalopolim; Junio. Rarissima. — Rufimitr.: in silvis Abietis excelsae in Boh., circa Vindob., Ratisb. — In Alpibus volitant species 808, 798, 799, 803; in silva Hercinia species 801. — De geogr. distrib. Textanae nihil certi proferre possum. Affirmante Josepho Mann est ea usque adhuc species rarissima.*

## Aspis *Tr.*

**812. Udmanniana** *L. FR. 91; HS. IV. 218. H. 49; OT. VIII. 157.* Singulis speciminibus reperi eam *Samboriae* in pomarii septo, prope *Kki.* inter luci herbosa fruticeta maginalia et ad pedem monticuli *Cz. sk.* inter zizania ad fagetorum marginem (vide 321, 890, 945 etc.). Satis frequenter obvia mihi fuit haec species simul cum Bergmanniana in rosetis ad mixti pineti *R.* marginem. In rubetis frustra eam per annos quaesivi. Junio, Julio.

*Per Europam ad Livoniam usque.*

*

http://rcin.org.pl

## Carpocapsa *Tr.*

**814. Pomonana** *SV.* „*Alis anter. violaceo-cinereis, fusco-rivulosis, area tertia fusca, speculo innotato aureo-marginato.*" *HS. IV. 251; H. 30; OT. VIII. 161.* Frequens Majo et Julio *Samboriae Leopolique* in pomariorum sepiminibus. Anno 1854, pomorum ubertate insigni, apparuit Pomonana Samboriae magno numero.

(*Grapholitha Tr.*)

**813. Łobarzewskii sp. n.**

„*Minor; alis anterioribus aureolis, confuse creberrime fusco-rivulosis, laete cupreo-tinctis, speculo majori fumato flavescenti-limitato, medio fuscescenti-luteo, nigro-quadripustulato; ciliis aureolis, apice versus limbi medium obscurioribus; alis posterioribus unicoloribus nigricantibus, ciliis exalbidis.*"

Mirum hunc papiliunculum insignio nomine Doctissimi **Hyacinthi de Łobarzewski**, C. R. Acadamiae Leopolitanae Professoris, vegetationis Haliciae scrutatoris indefessi scriptorisque bene meriti. *)

Detexi eum initio Junii in urbe Samboria, quum rus evolans quasi forte fortuna zizania et urticeta sub horreo in pomario luxuriantia per septum percussus sum. Ex ambobus speciminibus pulcherrimis hucusque a me captis masculum septima, femineum decima Junii eodem in loco excitavi. Quoad alias iisdem diebus Samboriae inventas species videant lectores Gonophoram Derasam et Lariam V-nigrum.

Cum Carpocapsa (Grapholitha) Woeberiana, qua multo est minor, remotiorem tantum habet similitudinem. Excepta ad summum etiam Grapholitha minutana nullas alias Tortricum Haliciensium species in collectione possideo, quas nostra magis adaequaret quibuscumque accuratius comparari possit. In Vindobonensibus collectionibus nec non in iconographicis operibus nullum quoque inveniri microlepidopteron, quod cum specimine meo identicum eique consentaneum sit, oculis habeo comper-

---

*) *Celeberrimus Italorum Algologus Trevisan in opere suo „Saggio di una monografia delle Alghe coccothale, Padova 1848, genus quoddam Diatomacearum „Łobarzewskyam" vocavit.*

http://rcin.org.pl

tum. Quum denique ex Iaclyto Lepidopterologo Mann quaererem, quid de meo specimine sentiat, primo aspectu mihi respondit hanc speciem sibi ignotam esse.

Tota latitudo $6\frac{1}{2}'''$; longitudo $2\frac{3}{4}'''$. Alae anter. $3'''$ longae, $1'''$ latae. Antennae filiformes fuscae, dimidium costae subaequantes. Oculi magni globosi nigri.

Palpi breves, ochroleuci, prominuli, eorum articulus penultimus subarcuatus squamis densis elongatis subtus divergentibus incrassatus ad minimum duplo longior articulo apicali conico, inermi. Capilli fasciculati obscure ferruginei; frons argyrea nitida; collare, thorax et scapulae fuscescenti-aureola; abdomen fusco-cinereum, barba analis flavida, squamis nigris parciter mixta.

Pedes subtus ochroleuci, infra fuscescentes; tarsi articulo basali longissimo alternatim luteo fuscoque annulati; tibiae femoraque biaculeata.

Alae anteriores subaequilatae, posterioribus subtriangularibus angustiores; costa dorso paulo longior, ambo subrecta; limbus vix obliquus dimidium dorsi aequans; apex et angulus ani non prominula.

Fundus alarum anteriorum aureolus obtegitur congestis lineolis transversis dilutius obscuriusque fuscis, alam totam potissime in majori parte basali undatim percurrentibus. Areolae minusculae inter has lineolas fuscas colore fundi item in rivulorum forma replentur, quam ob rem alae, exceptis aliquot typicis signaturis, laete fusco flavidoque rivulosae marmorataeve videntur.

Dimidio costae apicali insident quinque hamuli simplices pallideaurei, limbum versus spectantes ab apice decrescentes. Eorum interstitia fusca late flavide sunt circumfluxa. Sub hamulis extenditur juxta costam ampliuscula plaga macularis fumata, plumbeo submicans pauloque ante lineam limbalem evanescens. A hamulo quarto currunt item limbum versus serie simplici obliqua plures distinctissimae striolae longitudinales nigrae; post hamulum quintum vero invenitur in media fere costa stria transversa obliqua nigra, ad dimidium limbi apicale vergens.

Margini interiori insidet basim versus propius macula subquadrata fusco-lutea, inaequalibus rivulis fuscis quadridivisa, alae tertium dorsale adaequans signaturisque dimidii basalis vix distinctior.

Speculum completum suborbiculare undique tenuissime flavido est circumscriptum superatque alae dimidium dorsale. In ejus medio fumato (plagae sub hamulis concolore) conspicitur series transversa quattuor macularum intercostalium rectangularium et inaequaliter magnarum, quibus limbum versus propius pustulae singulae atrae (antice majores) insident. Superiorem speculi arcum attingunt extremae striolae a hamulo quarto tendentes. Haec striolae, pustulae speculares et stria costalis media obscurissima sunt in tota ala loca.

http://rcin.org.pl

Spatium angustum lineam limbalem inter et signum speculare fundo est subconcolor et exceptis parce disjectis squamis obscurioribus innotatum ab angulo postico usque ad apicem. Regio ampliuscula supra speculum exceptis signaturis interpositis, quarum jam memineramus, tota colore aureolo usque ad costam repletur nullibique est rivulosa. In dorso denique adest etiam parvulus locus obscurior, lateribus speculi maculaeque dorsalis interclusus, quo quasi macula strigae costali mediae oblique opposita indicatur.

Punctum ocellare simplex utrinque distinctissimum ochroleucum, sub apice ad ipsam lineam limbalem positum, cilia ad eorum apicem dissecat.

Cilia alarum omnium brevia, antica aureola, in tertio limbi medio fuscescentia laeteque micantia; postica unicolora pallidissime aurea.

Linea ciliorum dividens simplex, obscura, ciliorum basi appropinguata. Pagina alarum inferior fusco-cinerea, fusco-cupreo micans. Praeter ochroleuca puncta hamata costalia punctumque ocellare subapicale nullae aliae dantur hic signaturae.

Mas et femina plane pares nisi quod signaturae feminae omnes sunt distinctiores et praevalet hinc inde color fuscus.

**815. Woeberiana** *SV*. „*Major*; *alis anter. aurantiacis, fusco-variegatis, speculo purpureo-cincto nigroque striato*; *poster. nigricantibus.*“ *7—8.*‴ *HS. IV. 264*; *H. 32*; *OT. VIII. 164*. Samboriae rarissima (per sex annos specimen unicum), Leopoli interdum satis frequens. Degit in pomariorum sepimentis Junio.

(*Roxana Wood.*)

**816. Arcuana** *L*. „*Alis anter. aurantiaco-luteis, lineis 3 ex basi fasciisque 4 inaequalibus transversis plumbeis, disco stramineo, nigro-venoso et macula atra plumbeo-pustulata.*“ *7 — 8.*‴ *HS. IV. 250*; *H. 33*; *OT. 166. VIII*. Extremo Majo totoque Junio quotannis innumerosa in frond. acerosisque silvis, in nemoribus fruticosisque per cunctum terr. in montosa usque (M*agóra*). Volat uno tempore cum Nemophoris pluribusque Adelis.

*Pomon. occurit secus per Eur. usque ad Sueciam. — Woeber. u. ad Liv. Rara. — Arcuana: u. ad Liv. et Lapp.*

## Sciaphila *Tr.*

**817. Incertana** *Tr. X. 3. 91*; *HS. IV. 199. f. 121, 122*. Vulgaris toto Junio initioque Julii in silvaticis per omne terr. in promontoria usque.

http://rcin.org.pl

**818. Chrysanthemana** *Goldegg. HS. IV. 200.* Reperitur satis frequenter ab Junio usque ad Augustum in arboribus silvaticis circa *Radłowice górne*, *Modrycz*, *Janow* et *Leopolim*. Magnam habet similitudinem cum Incertana, Wahlbomiana, Communana, Alticolana, Minorana, Virgaureana, Pasivana et Musculana.*)

**819. Wahlbomiana** *L. HS. IV. 200.; OT. VIII. 173.* Vulgatissima omnium Sciaphilarum. Volat ab ultimis diebus Maji usque ad finem Julii provenitque per cuncti teritorii silvatica et fruticosa a planitie usque ad regiones montanas. Variat magnopere.

**820. Comunana** *HS. IV. 200.* Invenitur frequenter a Majo usque ad Julium in silvis frondosis totius territorii humilioris. Specimina plura inveni in arboribus pomiferis in montano pago *Wołcze* (sociis Rhombella, Horridella etc.).

**821. Alticolana** *Koll. HS. IV. 200.* Semel exemplar unicum 29. Maji (sociis Oecophora Curtisella *etc.*) in Populo tremula in collinae ditionis *Radłowice górne* mixtis silvis frondosis, a montibus Carpathicis plura milliaria remotis.

**822. Minorana** *Mann. Minusculana Zell. HS. IV. 201.* Invenitur satis frequenter Junio initioque Julii in truncis mixtarum silvarum frondosarum circa *Radłowice górne*, *Dobrowlany et Leopolim*. Quoad consocios videant lectores Fumeam Calvellam, Argyresthiam Dzieduszyckii, Stauropum Fagi.

**823. Virgaureana** *Tr. X. 3. 89; HS. IV. 201.* Provenit vulgate toto Junio in silvaticis collinarum ditionum *Radłowice górne*, *Dobrowlany*, *Czaple*, *Stupnica et ubivis circa Leopolim.*

**824. Pasivana** *H. HS. IV.* 201. Aliquot exemplaria Julio (sociis Bot. Ferrugali, Neph. Argyrella, Arg. Dzieduszyckii, Crambo Warringtonello etc.) in dumosis et silvaticis circa *Samboriam*, *Dobrowlany*, *Janow et Leopolim.*

(*Syndemis H.*)

**825. Quadrana** *Hüb. 223. HS. IV. 277; OT. VIII. 169.* Reperitur solitatim (simul cum 1086, 821 etc.) in exciso betuleto *Lwowiec prope Radłowice górne*, multo frequentius in silvaticis inter *Leopolim et Winniki* (hic sociis 1295, 1231, 1112, 1086, 1054, 1045, 901, 894, 883, 853, 821, 828, 777, 706, 601, 575, 572, 550, 544, 527, 512, 500, 499, 230, 102, 162, 156, 90, 72,

---

*) *Omnes has species Amplissimus Mann mihi determinavit. Exceptis Chrysanthemana et Wahlbomiana descriptionis Inclyti Schäfferi bene cum reliquis meis speciebus congruunt. Wahlbomianam Schäfferianam, quae inter omnes Sciaphilas latissimas habet alas anteriores, Inclytus Mann pro Chrysanthemana habet et vice versa.*

http://rcin.org.pl

44, 13, 9, 5, 1 etc.). Volat vesperi per herbosa diligitque loca aperta pratulaque intrasilvatica Majo. Posteriori speciei similis.

**826. Cuphana** *Ti. HS. IV. 276.* Hucusque semel specimina tria (comitibus Pararga Hiera, Coccyge Pygmaeana etc.) 22. Maji in summo monte *Magóra*, cujus pars superior juvenco fageto, inferior autem vetustissimo piceto est convestitus. Exemplaria capta delitebant in fruticibus frondosis ad fageti marginem; in piceto eam invenire non potui.

(*Coccyx Tr.*)

**827. Ulmana** *Hüb. HS. IV. 224.* Invenitur solitatim Junio et Julio in fruticosis pascuis secundum margines silvarum circa pagum *Radłowice górne*. Lepidoptera eodem tempore volantia adducta sunt circa species 149, 158, 632, 553, 776, 1022. Localiter tantum in Halicia provenire videtur. Gelechiae Leucatellae magnopere similis.

(*Euchromia Steph.*)

**828. Terreana** *Tr. X. 3. 88*; *HS. IV. 205.* Reperitur quotannis magno numero in querceto pagi *Radłowice górne*. Satis vulgarem observavi eam etiam in silvaticis ditionis *Leopolitanae* aliarumque regionum usque ad elatiora Carpathorum promontoria. Incola Quercuum. Junio, Julio.

(*Cheimatophila Steph.*)

**829. Hyemana** *Hüb. HS. IV. 287.* Apparuit ingenti numero primo vere anni 1856. in mixtis silvaticis pagi *Radłowice górne* et anno 1859. in querceto pagi *Bednarówka prope Leopolim.* In silvis betulineis, quae in utraque regione adsunt paululumque tantum ab supra commemoratis distant silvis eam non conspexi. Insidet copiose praecipue Corylis avellanis, quarum si rami percutiuntur, catervatim sursum avolat. Autumno eam ad id tempus non inveni videturque vere tantum in Halicia volare. Variat adeo, ut speciem mutare videatur.

(*Loxotaenia Curt.*)

**830. Nubilana** *Hüb HS. IV. 177.* Semel specimen unicum (sociis 995 etc.) 29. Maji prope *Leopolim* in collino querceto pone *cauponam Lisienicensem*.

**831. Musculana** *Hüb. HS. IV. 168*; *OT. VIII. 175.* Invenitur altera parte Maji Junioque in lucidis silvaticorum circa *Radłowice górne, Leopolim et Janow.* Quotannis solitatim. Lepidoptera eodem tempore volantia circa species 234, 256, 327, 689 sunt enumerata.

http://rcin.org.pl

(*Penthina Tr.*)

**832. Inundana** *Fabr.* „*Alis anterioribus ferreis, nebulosis, argenteo mixtis, puncto centrali albo; posterioribus fuscescentibus.*" *10.*"' Speciem hanc inveni hucusque tribus tantum speciminibus in silvaticis inter *Leopolim et Winniki*; duo 30 Junii in querceto prope *cauponam Lisienicensem*, tertium 1 Julii in mixtis silvaticis ad pedem monticuli *Cz. sk.* In utraque regione delitebant capta specimina in vetustarum Quercuum ramis. Quoad consocios videant lectores numerum 690 et 945.

*Incertana reperitur secus in Hungaria, circa Vindobonam, Glogoviam.—Chrysanthemana, Communana et Minorana ad Vindobonam, Ratisbonam alibique.—Wahlbomiana Vindobonae, Glogaviae, in Livonia etc.— Alticolana circa Ratisbonam, in Palatinatu superiore, in Austria in regionibus Pini Mughi. — Virgaureana ad Vindobonam, Ratisbonam, in Livonia.—Pasivana Vindobonae.—Quadrana provenit vulgate in Livonia, raro in Alpibus, circa Vindobonam, Ratisbonam et Francofurtum ad M.—Cuphana invenitur per Europam usque ad Livoniam —Ulmana in Livonia, circa Dresdam, Labacum, Neustrelitz.—Terreana in Bohemia, circa Gunzenhausen, Ratisbonam.—Hyemana in Bavaria, Hungaria, Saxonia.—Nubilana in Anglia, circa Vindobonam, Ratisbonam —Musculana circa Ratisbonam, in Bohemia, Hungaria Saxonia, Livonia.—Inundana in Livonia, Bohemia Franconia, circa Ratisbonam. Testante Amplissimo Mann est Inundana species rarissima*

## Paedisca *Tr.*

**833. Pietruskii sp. n.**

„*Alis anterioribus fusco-olivaceis, parciter nigro conspersis, macula dorsi magna subtetragona nivea, speculo minori suborbiculari cano inferne lunulis tribus argenteis interrupte limitato bigaque media punctulorum nigrorum; posterioribus obscurius griseis; ciliis anticis brevibus brunneo-lutescentibus pallideque tridivisis, posticis longioribus dilute-griseis.*"

Novam hanc Paediscam Illustrissimo **Constantino de Pietruski,** animalium vivorum Haliciensium observatori et cultori scriptorique optime merito, dedicatam *) 12. Junii in campestri-collina ditione *Janow* detexi, quum ibidem calcareo-arenosa, adversus pinetum *Romanówka* elata collina *Próchnik-Szyp* perscrutabar. Cepi eam ante solis occasum in declivibus commemoratorum collinorum, egena chloride arenosa fruticosisque Pinis silvestribus passim tectorum, ubi prope ipsam humum per humiles herbas una cum Thalp. Paula, Pyr. Sanguinali pluribusque aliis (vide 1309) vagabatur.

Quoad similitudinem cum aliis Paediscae speciebus appropinguat se Pietruskii Clivosanae *Mann* et Graphanae *Tr.* Quam neque Clivosanam

*) *In honorem ejusdem zoologi Clarissimus Pfeiffer novam Helicem, in Carpathis Stryensibus detectam, nomine „Pietruskiana" insignivit.*

http://rcin.org.pl

neque localem ejus varietatem esse, ab ipso Mann comperi. A Graphana, quacum habet eundem habitum, colore signaturis, magnitudine primo aspectu haud dubie specifice differt.

Latitudo: 8''', longitudo 3'''.

Antennae fuscae, submicantes, $^3/_5$ longitudinis costae non excedentes. Palpi cum fronte straminea, illi apice nigrescentes. Capilli ferruginei. Thorax et abdomen nigro-fusca, ille signaturis flammeis dilutioribus fuscis marginibusque dilute stramineis obsoletis, hoc verticillis cinerascenti-fusco limbatis. Scapulae flavido-ferrugineae, dilute stramineo terminatae. Barba analis scapulis subconcolor. Pedes straminei tarsis cinereo-fusco annulatis, femora et tibiae aculeis binis finalibus armata.

Forma alarum eadem ac apud Graphanam. Area basalis alarum anteriorum terminatur margine postice subverticali, paulo supra dorsum semel sinuato, antice basim versus curvato. Pars maculae dorsali adhaerens vix obscurior signaturam numero 8 non insimilem mentitur.

Macula dorsi nivea alae dimidium dorsale paululum superat. Una ex parte areae basali est annata propiusque ad basim quam limbum accedit. In disco dantur hinc inde atomi atrae singulae obsoletiores, dorso ipso vero insident puncta tria nigra bene conspicua. Supra maculam et ab hac ipsa tendit juxta areae basalis limbum usque ad costam color obscurior in forma striae perangustae, quam obrem macula dorsalis quasi pyriformis esse videtur.

Signum speculare minutum alae medium dorsale vix aequat. Intus omnino quasi stanni colore farcitur et excepta biga media punctorum nigrorum obsoletiorum nullas alias habet signaturas. Pars ejus inferior circumdatur lineolis tribus (una limbum, una dorsum, una basim versus spectantibus) sublunulatis argenteis, distantibus et introversus convexis; pars vero superior dilutiore fundi colore amplectitur, quo totum spatium speculum inter et costam repletur. Ante speculum basim versus conspicitur denique paululum supra dorsum pustula parva atra.

Dimidio costae apicali insident quattuor hamuli gemini albi, ab apice decrescentes et inferioribus suis apicibus ad angulum analem vergentes. Intervalla eorum majora fundo sunt concolora.

Spatium majus inter speculum maculamque dorsalem, oblique continuatum usque ad costae partem inter primum par hamulorum processumque maculae dorsalis, efficit fasciam mediam aequilatam lateribus subrectis et parallelis, quorum sinistrum emittit denticulum obsoletissimum in maculam dorsalem, dextrum vero fert commemoratam atram pustulam antespecularem.

Puncta ocellaria tria subobsoleta pallida inveniuntur; duo sub apice, tertium supra angulum analem, omnia in alae pagina superiore cilia usque ad eorum apicem tenuissime dissecant. Subtus haec puncta straminea lineae exalbidae juxta ipsum limbum currente sinistrorsum sunt annata; punctum dupplex subapicale distinctior; cilia vero ab iis non dividuntur.

Linea limbalis alarum anteriorum alba dense nigro-irrorata posteriorum pallide-aurea. Linea ciliorum dividens obscura.

Cilia alarum anteriorum brevia, alis subconcolora, sub apice pallide bidivisa, supra angulum analem semel tantum; alarum posteriorum longiora, alis obscure griseis pallidiora.

Pagina inferior alarum anticarum cinerascenti fusco-cuprea, posticarum suborichalceo-cinerea. Cilia alis dilutiora. Praeter hamulos stramineos in costa antica, porro commemorata puncta ocellaria et lineam antelimbalem in alis posterioribus nullum vestigium ullius signaturae datur.

http://rcin.org.pl

**834. Similana** *SV.* (*Fluidana SV.*). *FR. 63*; *HS. IV. 235.* Exemplar singulum (sociis 1309 etc.) 12. Junii percussione Lathyri abundanter in collinorum *Szyp* frutectosis declivibus crescentis.

**835. Hepaticana** *FR. 63. HS. IV. 238. f. 223*; *OT. X. 97.* Volitat solitarie Junio per fruticeta pratulaque ad coll. silvarum *R. g.* margines.

**836. Scutulana** *SV. HS. IV. 239. f. 228*; Quotannis frequens in pratulis silvaticis fruticosorumque herbosis per coll. ditiones *R. g.*, *Stup.*, *D* et *L.* Majo — Julio.

**837. Dissimilana** *Tr. X. 103. HS. IV. 239*; *FR. 62*; *H. 41.* Exemplar unicum (comitibus: 239 etc.) 15. Sept. ad campestris betuleti *Zubrze* marginem in Alno glut., quae frequenter hic secundum fossas crescit.

**838. Demarniana** *Messing. FR. 65*; *HS. IV. 239*; *f. 232.* Semel exemplar unicum (sociis 632 etc.) 25. Junii inter coll. betuleti *Lwowiec* frutices.

**839. Delitana** *FR. 65. HS. IV. 240.* Unicum exemplar (sociis 460 etc.) extremo Junio prope *R. g.* in dumeto ante humidum pratum *P. L.*

**840. Graphana** *Tr. X. 96. HS. IV. 240. f. 439.* Exemplaria duo reperi (sociis 704, 1309 etc.) 12. Junii in herbosis arenosorum collinorum *Próchnik*, tertium (una cum 149 etc.) 27. Junii in fruticeto coll. silvam *R. g.* vestiente.

**841. Ravulana** *HS. IV. 241. f. 143.* Hucusque exemplar unicum in coll. silvae *R. g.* coryleto ineunte Junio (vide 863 etc.).

**842. Cirsiana** *Zell. Ent. Z. 1843. p. 150*; *HS. IV. 241. f. 225.* Vulgaris Majo — Julio in pratis humidis conterminisque virguletis per coll. ditiones *R. g.*, *Stup.*, *Cz.*, et *H.*

**843. Brunnichiana** *L. SV. HS. IV. 242. FR. 65*; *H. 21. OT. VIII. 194.* Vulgaris toto Junio iisdem in locis ac prior, praeterea circa *J.* (sociis 1309 etc.) et *D.* (una cum 1195 etc.).

**844. Sublimana** *FR. HS. IV. 242. f. 229.* Singula exemplaria 19. Maji (una cum 234 etc.) et 1. Junii (comitibus 863 etc.) ad mixtae silvae *R. g.* marginem floridum.

**845. Luctuosana** *D. HS. IV. 242. f. 227.* Volitatat frequenter toto Majo (solitarie ad finem Junii) per virguleta in coll. silvaticis *R. g.*

http://rcin.org.pl

(*Coccyx Tr.*)

**846. Fuligana** *Hüb. 109. HS. IV. 221. f. 332; OT. VIII. 172.* Exemplar unicum (sociis 158 etc.) 19. Junii in Corylo in coll. silva *R. g.*

**847. Squalidana** *FR. HS. IV. 223.* Reperitur plus minusve frequenter in dumosis fruticetisque per coll. ditiones *R. g. Stup.*, *D.* (vide 266) et *L.* Plura spec. obvia mihi fuerunt etiam in vallibus montanis circa *Wołcze* (vide 6.). Ab Junio ad 14. Aug.

**848. (Var ?) Remyana** *Koll. HS. IV. 223. f. 276.* Exemplar unicum 20. Julii inter frutices ad ripas torrentis in alpestri regione *Stoposiany.*

(*Grapholitha Tr.*)

**849. Foeneana** *Tr. H. 40; HS. IV. 268; OT. VIII. 197.* Exemplaria tria 6. Julii (sociis: 813, 627, 332, 276, 280, 268, 233 etc.) *Samboriae* in pomariorum sepiminibus.

(*Argyrotoxa Wood.*)

**850. Schreberiana** *Hüb. 45; HS. IV. 169.* Reperitur vulgate Junio in Alnis glut. ad margines mixtarum silvarum in *R. g.* et betuleti *Zubrze* prope *L.*

(*Poecilochroma Wood.*)

**851. Parmatana** *Hüb. 253. 254. FR. t. 1—4; HS. IV. 203; OT. VIII. 199 et X. 108.* Frequens Junio Julioque (solitarie et spec. obsoletis ad Sept.) in *R. g.*, *D. et Z.* ad variarum silvarum margines, praecipue autem locis Betula Alnoque convestitis. Variat adeo, ut nonnulla exemplaria speciem mutare videantur.

Varietatem **Ratana** *Hüb. 236.* inveni in Betulis primum 21. Julii (sociis: 477 etc.) in *R. g.*, tum 11. Aug. (una cum: 266 etc.) inter fruticeta subsilvatica *M. k. i b. d.*

Varietas **Sordidana** *Hüb. 292.* reperitur frequenter sub finem Sept. totoque Oct. prope *L.* ad betuleti *Zubrze* marginem, ubi socialiter Alnos glut. inhabitat. Circa *R. g.* nunquam et necubi mihi apparuit.

(*Steganoptycha Steph.*)

**852. Immundana** *Ti. HS. IV. 279; FR. 53.* Satis

http://rcin.org.pl

multa Majo Junioque in silvaticis vepretisque circa *Radłowice górne*, *Leopolim et Łukawica.*

**853. Frutetana** *Hüb. 293. 294. HS. IV. 282: FR. 52, 53; OT. VIII. 170.* Quotannis communissime eodem ac prior tempore praecipue in Alnis per omne terr. in promontoria usque. In copula reperitur Frut. frequenter.

**854. Rubiginosana** *FR. HS. IV. 282. f. 185.* Singula specimina 19. Maji (sociis 234 etc.) et 11. Junii (una cum 1014 etc.) inter frutices in coll. silvaticis *R. g.*

*(Ditula Wood.)*

**855. Ophthalmicana** *Hüb. 51. HS. IV. 207; OT. VIII. 198.* Sat multa sero autumno per silvarum coryleta in *R. g.*, *Z.*, *Lis.*

**856. Corticana** *Hüb. 270. 209. HS. IV. 207; OT. VIII. 193.* Vulgatissime Julio — Novembri ubique in truncis ramisque arborum diversarum praecipue Quercuum per cuncti territorii humilioris silvatica.

**857. Profundana** *SV. H. 26. FR. 62; HS. IV. 207. OT. VIII. 192.* Vulgaris comes prioris; praeterea etiam in pometis reperitur.

**858. Oppressana** *Tr. X. 3. 95. HS. IV. 207. f. 242.* Frequentem inveni hanc speciem 26. Junii 1857. in pago *Koniuszki* ad sinistram fluminis *Strwiąż* ripam inter densa saliceta in Alnorum et Populorum truncis. In silvaticis circa *R. g.*, *L. et J.* reperitur Oppr. solitarie Julio.

**859. Ratzeburgiana** *Sax. HS. IV. 208. f. 333.* Specimina duo in mixtae silvae *R. g.* rubeto (sociis 776 etc.), tertium (simul cum 6. etc.) in prato *Z. P.* vallium mont. prope *Wołcze*, ubi sole occidente per flores vagabatur. Julio.

*Simil. reperitur secus circa Vindob. et Ratisb. — Hepat.: ad Vindob., Nixdorf in Bohemia alibique. — Scut.: praecipue in Eur. merid.; porro in Livonia. — Dissimil.: per Eur. in Livoniam usque. — Demarn.: in virguletis circa Neustrelitz. — Delitana: Vindobonae et in Helvetia. — Graph.: in Hung., Bohemia, Saxonia, Livonia. — Ravulana: Vindobonae, in Semmeringo et circa Francof. a. M. Hucusque plura tantum exemplaria (excepto meo specimine) inventa. — Cirs.: per Eur. usque ad Alpes Livoniamque. — Brunn.: per Eur. usque ad Livon. — Sublimana: in Semmeringo. — Luct.: ad Ratisb., Vindob. alibique per Eur. — Fulig.: in Austria, Germ., ad Neostreliciam, Dresdam. — Squalidana: ad Vindob. — Foeneana:*

http://rcin.org.pl

*regionatim in Eur. usque ad Livon.; rara. — Schreberiana: in Gallia merid., Suecia, Livonia, Germ. bor., Bohemia; rara. — Parmatana: ad Vindob., in Bohemia, Palatinatu super., Saxonia, Livonia alibique; infrequens. — Immund.: per Eur. usque ad Livoniam. — Frut.: per cunctam Eur. usque ad Livon. — Rubig.: circa Nixdorf et Neustrelitz. — Opht.: in Germ., in maris Baltici provinciis, ad Vindobonam. — Cost.: praecipue per Eur. bor.; usque ad Livoniam. — Prof.: in Austria, Hung., Saxonia etc. — Oppres.: praecipue in Germ. bor.; ad Vindob. Rara. — Ratzeb.: in Silesia, Bohemia, Livonia.*

## Grapholitha *Tr.*

**860. Daldorfiana** *F. Rhediella L. Rhediana Tr. VIII. 220. HS. IV. 253. H. 22.* Volitat frequenter Majo prope *L.* per coll. dumeta penes betuletum *Krzywczyce*. Exemplar unum reperi praeterea *Sambriae* in pomarii septo.

**861. Fulvifrontana** *Zell.* (*Germarana FR.*). *HS. IV. 253. f. 258.* Sat multa a medio Majo ad medium Junium *Leopoli* in pomariorum sepiminibus: praeterea in dumetis et ad margines silvarum fruticetorumque circa *R. g.*, *H.*, *B.* Quoad magnitudinem magnopere variat.

**862. Gruneriana** *Mann. HS. IV. 256. f. 261.* Semel exemplar unicum 29. Maji *Samboriae* in fioralibus (vide 1086.).

**863. Ustulana** *Hüb. 231. HS. IV. 257; OT. VIII. 219.* Singulum specimen, quod in collectione habeo, excitatum est a me 1. Junii 1854. de Alno glutinosa in coll. silvae *R. g.* margine. Supra commemorato die, quo proprie pagum *Stupnica* versus excucurri silvamque *R. g.* cursim tantum visitavi obvia mihi fuerunt sequentia Macro — et Microlepidoptera: 19, 27, 32, 35, 53, 89, 94, 110, 111, 116, 119, 143, 154 — 156, 183, 188, 208, 218, 220, 222, 224, 227, 247, 249, 252, 271, 290, 297, 301 — 303, 314, — 316, 320, 332, 383, 387, 391, 398, 411, 427, 428, 433, 453, 463, 476, 486, 489, 490, 491, 510, 513, 544, 559, 564, 570, 612, 619, 620, 623, 627, 641, 650, 651, 652, 663, 669, 677, 682, 683, 691, 700, 707, 717, 718, 728, 730, 770, 777, 780, 782, 802 — 804, 815, 816, 819, 820, 824, 828, 836, 841, 843, 844, 847, 850, 853, 873, 875, 894, 895, 899 — 902, 928, 931, 932, 937, 947, 953, 1024, 1027, 1040, 1042, 1046, 1052 — 1054, 1060, 1076, 1095, 1096, 1125, 1135, 1136, 1153, 1187, 1213, 1224, 1239, 1250, 1256, 1257, 1273, 1279, 1296, 1314, 1320, 1332, ceterum vide 1086.

http://rcin.org.pl

**864. Nebritana** *Tr. VIII. 209. et X. 3. 115*; *HS. IV. 258. f. 234.* Sat multa Julio in dumosis ad margines coll. silvarum inter *L. et Liś.*

**865. Funebrana** *Tr. X 3. 116*; *HS. IV. 259.* Frequens Majo initioque Junii inter vepreta spinetaque secundum margines betuleti *Krzywczyce* (sociis Nebritana, Daldorfiana etc.) silvaticorumque circa *R. g.* In pago *Modrycz* obvia mihi fuerunt plura spec. 11. Aug. (vide **1152**).

**866. Acuminatana** *Schläg. Germarana Tr. HS. I V. 259. f. 282.* Unicum exemplar (sociis: **632** etc.) **25.** Junii in fruticetis pascuis secundum silvas circa *R. g.*

**867. Plumbagana** *Tr. VIII. 218*; *HS. IV. 260. f. 289*; *H. 211.* Specimina tria 5. et **16.** Junii in fruticosis pratulisque coll. betuleti *Lwowiec* (vide **1300** et **1014.**).

**868. Gemmiferana** *Tr. VIII. 217. et X. 118. Zachana Hüb. 243. HS. IV. 258.* Frequens Junio in floridis per omne terr. in promontoria usque.

**869. Augustana** *Hüb. 205.* (*Cruciana L.*). *HS. I V. 272. f. 362*; *OT. VIII. 221.* Semel initio Julii exemplaria quinque (sociis: 553, 672 etc.) in alneto Salicibus intermixto in coll. silvaticis ditionis *Radłowice górne.*

(*Semasia Steph.*)

**870. Hohenwartiana** *SV. HS. IV. 248*; *f. 296*; *OT. VIII. 204*; *H. 20.* Communis Julio in herbosis pratulis subsilvaticis secundum viam stratam in pago *Radł. górne.* In *D. et Cz.* rarius invenitur.

**871. Aspidiscana** *Hüb. 256*; *HS. IV. 247. f. 241*; *OT. VIII. 208.* Frequens Majo, rarior Junio et Julio, in pratis apertis sub — et intersilvaticis, in silvarum excisis pomariisque. Obvia mihi fuit circa *S., R. g., D., L. et H.*

**872. Metzneriana** *Kuhlw. HS. IV. 245. f. 311.* Unicum exemplar ineunte Junio (sociis; **54, 99, 540, 872**) in prato humido inter silvas frond. coll. ditionis *Czaple.*

**873. Hypericana** *Hüb. 23. HS. IV. 249*; *OT. VIII. 205.* Quotannis numerose Majo — Aug. praecipue in siccis pratulis fruticetisque herbidis per terr. cunctum a pl. usque ad montes elatiores (*Wołcze, Czarna, Magóra*).



http://rcin.org.pl

(*Steganoptycha Steph.*)

**874. Siliceana** *Hüb. 196. HS. IV. 280; OT. VIII. 210.* Apparet Julio inveniturque frequenter ad finem Oct. in truncis diversarum arborum silvaticarum per omne territorium in promontoria usque.

**Varietas Petrana** (*Tr. X. 3. 114. H. 210.*) reperitur satis frequenter mixtimque cum Sil. Aug. et Sept.

**Varietas Decorana** (*Tr. X. 3. 114. 265.*) bis mihi obvia fuit (6. Julii et 8. Sept.) inter coryleta in coll. fageto *Liś.* prope *L.*

**875. Campoliliana** *Tr. SV. OT. VIII. 212; HS. IV. 279. f. 269.* Vulgatissime ab 20. Maji ad finem Junii (rarius Julio) in mixtis silvaticis, nemoribus frutectosisque per ditiones *R. g., L. et J.*

**876. Freyeriana** *FR. 51. HS. IV. 279.* Hucusque exemplar unicum (sociis 258 etc.) 19. Julii ad marginem coll. silvae *R. g.*

**877. Penkleriana** *SV. Mitterpacheriana Tr. VIII. 214; HS. IV. 282; FR. 19. 20.* Magnopere varians hic papiliunculus apparet copiose Junio volitatque decrescente numero ad Novembrim in variis silvis frond. a pl. usque ad montanas regiones. Communi Siliceanae comes.

**878. Minutana** *Hüb. 73. HS. IV. 283. f. 174. OT. VIII. 216.* Hucusque semel exemplaria duo 8. Junii prope *L.* in coll querceto supra *c. Liś.* (sociis: 26 — 28, 35, 70, 89, 113, 188, 197, 198, 206, 208, 320, 598, 623, 728, 729, 749, 763, 767, 774, 777, 783, 785, 800, 803, 828, 836, 873, 875, 888, 895, 900, 902, 928, 939, 948, 947, 941, 1095, 1139, 1163, 1165, 1175, 1185, 1193, 1197, 1210, 1222, 1228, 1229, 1237, 1253, 1254, 1286, 1298, 1322).

(*Carpocapsa Tr.*)

**879. Succedana** *Froehl. HS. IV. 252; H. 194; OT. VIII. 211.* Copiosa toto Junio prope *H.* in piceto *Swińka* conterminisque silvis frond. et querceis fruticetis collinorum *Zap. et M.*

(*Syndemis Hüb.*)

**880. Vacciniana** *Ti. HS. IV. 275. f. 206.* Subtilem hunc papiliunculum inveni 25. Maji (una cum: 790 etc.) et 9. Junii (sociis: 328 etc.) in supra commemoratis collinis speciminibus tribus, quae tempore pomeridiano per declivium Vaccinia v. id. humilioresque herbas vagabantur.

http://rcin.org.pl

*Daldorf et Fulvifr. inveniuntur hinc inde per Eur. usque ad Livoniam. — Grun.: in vineis ad Vindob. — Ustulana: in Austria. Rarissima. — Nebritana: in Austria, Bohemia, Hung. Saxonia. — Funebr.: in Bohemia, ad Dresdam alibique. — Acum.: circa Glogaviam, Ratisbonam alibique in mont. pratis. — Plumbag.: in Austria, Styria, Bohemia. — Gemmif.: in Hung., Bohemia, Germ. — August.: hinc inde in Eur. usque ad Livon.; in Bohemia; rara. — Hohenwart.: ubivis in Europa. — Aspid.: in cuncta fere Eur.; in Bohemia, Hung., Saxonia, Alpibus, Livonia. — Metzn.: in Hung. — Hyperic.: in cuncta Europa. — Siliceana: in Austria, Germ., Livonia etc. — Campol.: localiter per Europam usque ad Livon.; in Bohemia. — Freyeriana: in Alpibus Silesiaque. — Penkl.: per Eur. usque ad Livon. — Minut.: in Austria, Saxonia alibique. — Succ.: in cuncta fere Europa. — Vacc.: in Bohemia, ad Ratisbonam.*

## Ephippiphora *Dup.*

(*Grapholitha Tr.*)

**881. Plumbatana** *Zell. Js. 1846. p. 249*; *HS. IV. 254. f. 321.* Semel exemplar unicum (sociis: 241 etc.) Aprili 1853 in trunco Pop. tremulae in mixta silva coll. *R. g.*

**882. Blepharana** *HS. IV. 254. f. 197. 198.* Hucusque exemplar singulum (sociis: 1300 etc.) 5. Junii in Corylo avell. ad marginem coll. silvaticorum in *R. g.*

**883. Loderana** *Koll.* (*Schrankiana Fröhl.*). *Tr. X. 3. 121*; *HS. IV. 265. f. 265.* Hucusque semel exemplaria quatuor *Leopoli* 4. Maji (sociis: 523, 527, 572, 575, 825, 894, 901, 912, 923, 1043, 1045, 1054, 1252) in florentibus Anemonis nemorosis ad introitum fageti prope teloneum *Łyczakow.*

**884. Dorsana** *Fröhl. H. 36*; *HS. IV. 266*; *OT. VIII. 225.* Singula specimina in silvae *R. g.* coryleto (sociis: 277 etc.) et in querceto *Łuh in Rakowiec* (vide 1195 etc.). Julio.

**885. Deflexana** *FR. HS. IV. 268. f. 277.* Unicum exemplar obsoletum prope *J.* in Quercu 3. Julii ad pineti *R.* marginem (vide 998).

**886. Interruptana** *Kuhlw. HS. IV. 269. f. 280.* Specimina duo (sociis 328, 790 etc.) in piceto *Swińka*, tertium (comitibus 1309 etc.) inter Pinos silv. collinorum *Próchnik.* Junio.

**887. Motacillana** *Tr. Cytisana Zell. Is. 1847. p. 735. HS. IV. 269. f. 266.* Unum exemplar 5. Junii *Leopoli* in pomarii sepimine in vicinia Sambuci (sociis: 861, 1019, 1093, 1260, 255, 300, 303, 295 etc.).

http://rcin.org.pl

**888. Petiverana** *L. Froehl. II. 37; HS. IV. 271; OT. VIII. 229.* Quotannis innumerosa toto Junio Julioque (minore numero Aug.) in pratulis subsilvaticis per omne terr. usque ad valles montanas *Wołcze, Czarna etc.).*

**889. Alpinana** *Tr. VIII. 230. HS. IV. 271. f. 155. 156.* Singula exemplaria 27. Junii (una cum 149 etc.) et 20. Julii (sociis 675 etc.) in florido platulo subsilvatico ad viae stratae dextram in pago *R. g.*

**890. Diffusana** *FR. (Fissana Fröhl.) HS. IV. 266. f. 284.* Unum exemplar 26. Junii in fruticeto ad marginem luci in *Koniuszki* (sociis: 948, 888, 812, 858, 968 etc.). In dumeto pone betuletum *Krzywczyce* (non procul a telonio *Łyczakow*) reperi Diff. pluribus speciminibus Junio et Julio (simul cum: 1083, 151, 985, 1173, 1210, 1334, 452 etc.).

**891. Gundiana** *Hüb. 42. (Composana Fab.). HS. IV. 264. f. 281.* Satis multa praecipue in fruticetis herbidis ad coll. silvarum margines circa *R. g., Cz., D. et L.* 22. Maji — 14. Aug.

**892. Coniferana** *Saxes (Separatana Fr.). HS. IV. 266. f. 322.* Hucusque semel exemplar singulum (sociis: 27, 28, 32, 35, 105, 113, 188, 195, 197, 206, 208, 320, 432, 578, 623, 646, 695, 700, 717, 733, 734, 749, 815, 828, 871, 873, 875, 879, 888, 895, 900, 902, 928, 929, 935, 947, 948, 951, 994, 1037, 1038, 1051, 1075, 1130, 1132, 1135, 1163, 1197, 1219, 1222, 1237, 1240, 1254, 1267) 4. Junii in querceo fruticeto collinorum *Zapole* prope *Hołosko.*

*Plumbatana provenit secus a Berolino usque ad Vindob.; porro in Livonia. — Bleph.: ubivis in Eur. — Loder.: hinc inde per Eur. usque ad Livon.; ad Vindob., in Styria. — Dors.: in Austria, Hung., Silesia, Bavaria. — Deflex.: hinc inde per Eur., in Francof. a. M., in Livonia. — Interrupt.: in Bohemia ad Ratisb. — Motac.: ad Ratisb. Rara. — Petiv.: per cunctam Eur. — Alp.: in Bohemia, Hung., ad Vindob., Ratisb. — Diff.: ad Vindob. alibique. — Gund.: per cunctam fere Europam. — Conif.: hinc inde per Eur.; rara. —*

## Phoxopteryx *Tr.*

**893. Upupana** *Tr. X. 120. HS. IV. 285. f. 205.* Specimen unicum 26. Maji 1853. in Melampyro in querceti *Pawłówka* herbosis.

http://rcin.org.pl

**894. Mitterpacheriana** *SV Penkleriana Tr. VIII. 241*; *HS. IV. 285. H. 192.* Vulgatissime Majo Junioque in fruticosis silvaticisque per omne terr. in elatiores montes usque.

**895. Derasana** *Hüb. 206. HS. IV. 285*; *OT VIII. 244.* Vulgaris ab extremo Majo ad finem Junii ubivis ad silvarum fruticetorumque lucidorum margines usque ad valles montanas (*Wołcze, Czarna etc.*).

**896. Badiana** *SV: H. 53. HS. IV. 285*; *OT. VIII. 243.* Quotannis communissime Majo, minore numero Junio — Aug., praecipue in quercetorum coryletis per cunctum humilius territorium.

**897. Uncana** *Hüb. 76 HS. IV. 286*; *OT. VIII. 237.* Vulgaris Majo Junioque ubique in pratis subsilvaticis virgultisque in promontoria usque.

**898. Fluctigerana** *FR. HS. IV. 286. f. 319.* Aliquot specimina Junio in herbosis coll. betuleti *Lwowiec.*

**899. Cuspidana** *Tr. VIII. 236*; *HS. IV. 286. f. 238.* Reperitur solitarie eodem ac prior loco sub finem Maji initioque Junii.

**900. Siculana** *Hüb. 79. HS. IV. 287: VIII. 233.* Frequens a medio Majo ad ineuntem Julium in silvaticorum pratis circa *R. g.*, *L. et* J. Sat multam inveni Sic. etiam 11. Aug. circa pagum *D.*

**901. Harpana** *Hüb. 17.* (*Ramana Fröhl.*). *Tr. VIII. 235. HS. IV. 287.* Vulgaris Majo, minore numero Junio, in silvis frond. praecipue quercetis per omne terr. usque ad elatiora promontoria.

(*Aphelia Steph.*)

**902. Lanceolana** *Hüb. 80. HS. IV. 243*; *OT. VIII. 232.* Quotannis copiose Majo — Julio ubique locorum in pratis, frutectis silvaticisque per territorium cunctum a planitie usque ad valles montanas (*Czarna Wołcze.*).

(*Ditula Wood.*)

**903. Achatana** *SV. HS. IV. 207*; *H 25. OT. VIII. 171.* Frequens extremo Majo Junioque in pomariorum sepibus silvaticisque circa *S. R. g.*, *et L.*

(*Syndemis Hüb.*)

**904. Ericetana** *Zell. Is. 1846. p. 243.* (*Flexulana Dup.*).

http://rcin.org.pl

*HS. IV. 276 f. 136.* Plura exemplaria Junio in coll. silvaticis circa L. (simul cum 353), J. (vide 1309) et *R. g.* (hic sociis: 1209, 1211, 1213, 1215, 1217, 1218, 1221, 1222, 1224 — 1226, 1228, 1229, 1239, 1241, 1243 1244, 1189, 1192, 1037, 1038, 1062, 1069, 947, 903 — 894 etc.).

*Upupana reperitur secus in Hung. et Bohemia; rarissima. — Mitterp.: in Austria, Saxonia etc. — Deras: in Austria alibique per Eur.; infrequens. — Bad.: in Austria, Germ., Alpibus etc. — Unc.: per cunctam Eur. — Fluct.: ad Ratisb. etc. — Cuspidana: in Hung., Bohemia, Germania bor., Bavaria, Helvetia; rara. — Sicul.: per omnem Eur. — Harp.: in Austria pluribusque aliis Eur. regionibus. — Lunc.: per cunctam Eur. — Achat.: in Austria, Germ. etc. — Ericetana: in Saxonia, Bohemia Bavaria, ad Ratisbonam. Infrequens.*

## Teras *Tr.*

**905. Cristana** *SV. HS. IV. 139. f. 237. 25; H. 176; OT. VIII. 253.* Hucusque exemplaria tria (1 marem, 2 fem.) 8. Sept.—20. Oct. in campestri betuleto *Zubrze.* Latitabant in Quercubus.

**906. Abildgardana** *Fabr. HS. IV. 141; H. 55; OT. VIII. 268.* Speciem hanc reperi frequentem Sept. et Oct. 1858. prope *L.* ad querceti *B.* marginem in Corylis et Carpinis. Anno 1859. hic non apparuit. Circa *Samboriam* nunquam et necubi mihi obvia fuit.

**907. Erutana** *HS. IV. 143. f. 9. 19.* Vagabatur copiose Sept. et Oct. (solitarie et Novembri) 1859. medio in betuleto *Zubrze*, praecipue autem ibidem per virgulta inter Alnos glut. et Pop. trem., quae solae certo loco silvulam fingunt. In aliis silvis frond. circa *Leopolim* quoque reperitur, sed solitatim.

**908. Favillaceana** *Hüb. 62; HS. IV. 143. f. 270; OT. VIII. 260.* Hucusque plura spec. 10. Julii in querceto *P.*, (sociis: 677, 681, 738, 749, 751, 766, 757, 758, 754, 774, 823, 828, 870, 874, 968, 991, 1070, 1056, 1105, 1263, 1346, 581, 529, 509, 471, 469, 246, 186, 153, 103, 92, 93, 83, 36, 43, 33), porro Septembri et Octobri in silvaticis circa *Leopolim* et 4. Novembris *Leopoli* in muro.

**909. Sparsana** *SV. OT. VIII. 257; H. 61; HS. IV. 143. f. 10.* Plura spec. *Samboriae* in sepibus Aprili (sociis: 371 etc.) et in silvaticis circa *Leopolim* Septembri.

http://rcin.org.pl

**910. Schalleriana** *L. OT. VIII. 265; H. 288. 289; HS. IV. 144.* Reperitur solitarie Augusto, frequenter autem Sept. et Octobri in Alnis glut. silvaticorum circa *R. q.* (vide 85) et *Leopolim*, hic praecipue ad marginem betuleti *Zubrze.*

**911. Comparana** *Hüb. 284; HS. IV. 145; OT. VIII. 264.* Vulgaris Schallerianae comes

**912. Ferrugana** *SV. FR. 23. 24; HS. IV. 146; f. 407; OT. VIII. 263.* Reperitur toto anno a primis veris diebus in Nov. usque in hortis silvaticisque per omne terr. humilius. Copiose invenitur Ferr. autumno prope *L.* ad margines querceti *B.* betuletique *Zubrze.* Variat quoad magnitudinem, signaturas coloresque adeo, ut speciem mutare videatur. Possideo 30 ultra eodem tempore et loco circa *Leopolim* collectas varietates autumnales, quae penitus fere inter se discrepant, speciminibus mediantibus autem haud dubie uniuntur. Exemplaria vernalia aestivaque constantius characteres specificos servant.

**913. Boscana** *Fabr. (Cerusana Hüb. 63.). HS. IV. 147; OT. VIII. 182.* Exemplaria tria sub Oct finem in truncis campestris betuleti *Zubrze* prope *Leopolim.*

**914. Umbrana** *Hüb. 59; HS. IV. 149; OT. VIII 253.* Reperitur frequenter socialiterque Oct. initioque Nov. (solitarie et Martio) in virguletis betuleti *Zubrze* (sociis: 1302, 1143, 1301, 367, 1006, 577. 603, 1251, 1062, 363, 1122. 1287 etc.). Mares rarissimi esse videntur; inter 20 feminas unicum tantum marem invenire mihi contigit.

**915. Scabrana** *SV. HS. IV. 149. f. 11—13; H. 169. 58; OT. VIII. 255.* Hucusque exemplar unicum 22. Aprilis 1857. *Samboriae* in pomarii sepimine.

**916. Asperana** *Tr. VIII. 185; HS. IV. 152. f. 2. 3.*
**917. Parisiana** *Guen. HS. IV. 153. f. 4. 5. 6.*
Ad campestris querceti *Bednarówka* marginem 15. Sept. exemplaria bina in Quercubus (vide 239).

**918. Contaminana** *Hüb. 142; HS. IV. 153; OT. VIII. 250.* Unicum exemplar in varietate **Ciliana** (*Hüb. 171.*) 16. Sept. eodem loco ac ambo priores (sociis: 744, 851, 855, 877, 910, 911, 916, 917, 919, 906, 921, 1066, 1069, 1255, 1322, 1339, 366, 375).

http://rcin.org.pl

**919. Caudana** *Fabr. HS. IV. 154*; *FR. 54. 55*; *OT. VIII. 248.* Satis frequens Aug. in silvaticis *R. g.*, porro Sept. et Oct. prope *L.* ad betuleti *Zubrze* marginem. Viget in Alnis glut., rarius in Salicibus. Exemplaria costa non erosa raro reperiuntur.

**920. Emargana** *FR. HS. IV. 154*; *H. 233.* Tria exemplaria Augusto — Oct. in Alnis Salicibusque in silvaticorum *R. g. et Z.* marginibus. Unum horum spec. habet costam integram.

**921. Treueriana** *Hüb. 100. HS. IV. 151*; *OT. VIII. 93.* Primo vere solitarie, sero autumno quotannis vulgaris praecipue in betuletis circa *R. g. et L.* Insidet betularum truncis; perterrefacta invita porro avolat, sed tergo in humum ac congeneres incidit.

**922. Nebulana** *Hüb. 104. 103.*; *HS. IV. 151. OT. X. 3. 138.* Hucusque exemplaria quinque circa *L.* in truncis in fageto *Lisienice* 8. Sept. (sociis: **71**, **76**, **357**, **397**, **415**, **625**, **702**, **835**, **853**, **874**, **905** — **909**, **921**, **963**, **851**, **1064**, **1066**, **1067**, **1069**, **1107**, **1181**, **1339**, **496**.) et in betuleto *Z.* (vide **1302** etc.) Octobri.

(*Sciaphila Tr.*)

**923. Rigana** *Tr. X. 3. 140. HS. IV. 197*; *H. 327.* Prope *L* in querceto supra *c. Liś.* ad dextram viae versus *Winniki* spec. duo **4**. Maji (una cum **883**, **1043**, **1045**, **1252**, **912**, **894** etc.).

*Cristana: provenit secus in Gallia bor., Anglia, Germ. merid., ad Ratisb.; rara. — Abild.: per Eur. usque ad Livoniam; in Germ., Italia. — Erutana: hinc inde in Eur.; rara. — Favill.: in Austria, Hung., circa Francof. a. M., alibique; rara. — Sparsana: ad Vindob., in Hung., Bavaria, Saxonia, Franconia. — Schall. et Comp.: in Saxonia, Palatinatu etc.; usque ad Livoniam. — Ferrug.: per Eur. usque ad Livon. — Boscana: a Saxonia usque ad Hung. et Siciliam. — Umbrana: in Franconia, Saxonia, Bavaria, Bohemia etc. usque ad Livoniam; rara. — Scabrana: in Franconia, Bavaria, Saxonia, ad Vindob. — Asper., Par. et Cont.: hinc inde per. Eur. — Caud. et Emarg.: in Franconia, Bavaria, Saxonia Austria etc. usque ad Livoniam; Emarg. est rarior Caud. — Treueriana: in Germania, Austria etc. usque ad Livoniam. — Nebulana: in Livonia, Brandenb., Regno Wurtemburgico, Bavaria, Franconia; rara. — Rigana: in Hung., Tyrolis Alpibus, Brandenb., circa Rigam; infrequens.*

## Cochylis *Tr.*

**924. Flagellana** *Dup. HS. IV. 182. f. 95.* Exemplaria tria Julio ad mixtae silvae *R. g.* marginem inter frutices (sociis: **277**, **258**, **477** etc.).

http://rcin.org.pl

**925. Smeathmanniana** *Fabr. H. 149. HS. IV. 185; OT. VIII. 274.* Hucusque ad betuleti *Zubrze* marginem 30. Maji (sociis 1275 etc.) spec. unicum, quod ibidem sub vesperum per nardeta prope ipsam humum vagabatur.

**926. Tischerana** *Tr. VIII. 275; FR. 12; HS. IV. 185.* Reperitur satis frequenter sub finem Maji initioque Junii circa *Janow et Leopolim* ubivis in sterilibus pascuis, siccaueis sabuletisque. Exemplar unum reperi et 26. Sept. (sociis 855, 914, 921, 591, 918, 239 etc.) in nardeto ante campestre betuletum *Zubrze.* Volitat primum post solis occasum prope ipsam humum.

**927. Zephyrana** *Tr. HS. IV. 183; OT. VIII. 127.* Exemplaria duo (sociis 658, 998 etc.) 3. Julii prope *J.* in calcareorum collinorum *Szyp* floridis declivibus.

**928. Dubitana** *Hüb. 71. HS. IV. 192; OT. VIII. 283.* Quotannis copiose a medio Majo ad finem Junii (rarius Julio) in herbosis silvarum et in fruticetis per omne terr. in montosa usque.

**929. Pallidana** *FR. (Ambiguana Fröhl.). HS. IV. 190.* Unum exemplar 4. Junii (sociis 892 etc.) prope *H.* inter frutices ad coll. querceti *Korycina* marginem.

**930. Angustana** *Tr. VIII. 284. (Cruentana Fröhl). HS. IV. 191.* Semel exemplar unicum 1. Junii inter queceos frutices collinorum *Zapole* prope *H.* (vide 353).

**931. Rubellana** *Hüb. 285. HS. IV. 187. fig. 285; OT. VIII. 279.* Sat multa ab extremo Majo ad Julium in herbosis fruticetis circa *R. g. et L.*

**932. Epilinana** *Zell. HS. IV. 187. fig. 80.* Hucusque exemplaria duo; alterum involavit 1. Junii noctu in *Stupnica* (vide 863 etc.) in meum conclave, alterum vagabatur per flores 11. Julii in coll. betuleti *Lwowiec* fruticosis (una cum 451 etc.).

**933. Dipsaceana** *Mann. HS. IV. 187. f. 76 — 79.* Semel exemplar unicum in herbosis coll. betuleti *Lwowiec* 5. Junii (una cum: 1300 etc.).

**934. Humidana** *FR. HS. IV. 188. f. 86. 87.* Exemplar unum cum priore.

**935. Roserana** *Fröhl. (Ambiquella Hüb, 253.) HS. IV.*



http://rcin.org.pl

*192. f. 93; OT. VIII. 280.* Plura spec. Junio in pomario *Samboriae*, porro in fruticosis silvarum circa *R. g.*, *et L.*

**936. Musschliana** *OT. X. 3. 142; HS. IV. 188.* Frequens sed dispersa in coll. fruticosis herbidis circa *Stup. R. g.*, *L. et D.* 29. Maii — 8. Aug.

**937. Pumilana** *FR. Ambiguana HS. IV. 192.* Satis frequens Majo initioque Junii in fruticetis coll. silvaticorum circa *Radłowice górne et Leopolim.*

**938. Manniana** *FR. 51; HS. IV. 189. f. 67.* Exemplar alterum (sociis: **1086** etc.) **29.** Maji, alterum (una cum: **632** etc.) **25.** Junii in coll. betuleti *Lwowiec* herbosis.

**939. Carduana** *Zell. Is. 1847. pag. 741.* (*Dissolutana FR. Hybridella Hüb.*). *HS. IV. 190. f. 83.* Plura exemplaria sub finem Maji Junioque *Leopoli* in pomariorum sepiminibus et in fruticosis pone betuletum *Krzywczyce*. Volitat sub vesperum.

(*Penthina.*)

**940. Postremana** *Zell. Ambiguana Tr. VIII. 282; HS. IV. 231.* Hucusque semel exemplar unicum **26.** Maji inter frutices ad campestris querceti *Bednarówka* marginem (una cum: **121, 189, 490, 535, 622, 623, 663, 700, 725, 777, 819, 820, 860, 875, 895, 900, 901, 912, 928, 980, 1101, 1125, 1187, 1248, 1312, 1319** etc.).

**941. Servillana** *Dup.* (*Nubilosana FR.*). *HS. IV. 234. f. 98.* Unicum exemplar (sociis: **1086** etc.) **29.** Maji ad coll. silvae *Radł. górne* marginem in Alno glut., quae alternatim ibidem cum Quercubus, Salicibus, Sorbis etc. crescit.

(*Coccyx Tr.*)

**942. Schreibersiana** *Fröhl. OT. VIII. 285; HS. IV. 224; H. 306. 151.* Reperitur frequenter socialiterque ultimis diebus Maji initioque Junii in Pruno pado ad hortorum limites dumosos in *Leopolitano* suburbio *Łyczakow.*

**943. Fischerana** *Tr. X. 3. 175.* (*Permixtana Hüb. 75.*) *HS. IV. 225.* Extremo Majo initioque Junii spec. plura in fruticosis circa *R. g.* (sociis: **863**, **1086** etc.), in *Samboriensis* planitiei pratis floridis circa *Kalinow* (comitibus: **97, 197, 570, 463, 426, 429, 431, 1211, 902, 464, 803, 947** etc.) et in silvaticis circa *L.*

http://rcin.org.pl

*Flagell. reperitur secus in Hispania, Gallia merid., Hung., ad Vindobonam, Francof. a. M. — Smeathm.: in Hung., Austria, ad Ratisb. etc. — Tisch.: in Hispania, Germ. bor., ad Ratisb., Sareptam in Hung. Rara. — Zeph.: in Hungaria etc. — Dubit.: per Eur. usque ad Livon. — Pall.: praecipue in Germania bor.; porro in Livonia. — Angust.: in Bohemia, Saxonia, Livonia. — Rubell.: in Austria, Germ. etc. usque ad Livon. — Epilinana: circa Glogaviam a Clariss. Zellero detecta. — Dipsaceana: circa Vindobonam in Dipsaco silvestri ab Inclyto Mann detecta et lecta. — Humidana: circa Neustrelitz in Eupatorio cannabino. — Roserana: in Italia, ad Stutgardiam et lacum Brigantinum. — Muss.: in Boh., ad Vindob., Ratisb., Megalopolim, Francof. a. O. — Pumil.: hinc inde per Eur.; in Livonia. — Munniana: in Hung., Bohemia, Alpibus, Livonia. — Card.: ad Tibur in Italia, ad Vindob. et Francof. a. M; rara. — Postrem.: in Bohemia, Suevia, Livonia, Franconia. — Servillana: ad Ratisbonam, Vindobonam et Neostreliciam; rarissima. — Schreib.: in Austria, Bohemia etc. — Fischerana: in Bohemia, Helvetia, Saxonia, ad Megalopolim, Ratisbonam.*

# Tineidae *Zeller* *)

## Fam. Crambinae Z.

### Chilo *Zckn.*

**944. Gigantellus** *SV. Zell. Is. 170; HS. IV. 51; H. 53; FR. 16; OT. IX. 1. 62.* Semel spec. unicum (una cum: **238**, **690** etc) **30.** Junii ante *Winniki* in prato paludoso in vicinia stagni.

**945. Forficellus** *Thbrg. Zell Is. 170; HS. IV. 51; FR. 17; H. 220; OT. IX. 1. 65.* Hucusque exemplar unicum **1.** Julii ad pedem monticuli *Cz. sk.* loco uliginoso in Acoro calamo. Uno die legi in hac regione sequentia lepidoptera: **22, 27, 50, 56, 60, 57, 33, 70, 71, 73, 78, 83, 95, 98, 92, 93, 103, 130, 187, 179, 190, 191, 197, 310, 343, 385, 397, 434, 439, 465, 479, 481, 646, 671, 672, 679, 681, 687, 749, 754, 807, 812, 828, 823, 832, 902, 928, 1021, 1081, 1088, 1089, 1104, 1165, 1232, 1248, 1340.**

*Gig. reperitur secus in Austria, Hung., Brandenb., Borussia, Anglia. — Forficellus: in Sicilia, Austria, Bohemia, Hungaria, Borussia, ad Brunsvigam, Lipsiam, in Anglia.*

---

*) *Tineae in genera dispositae et diagnosibus stabilitae a P. P. Zellero; Isis 1839.*

http://rcin.org.pl

## Crambus *Fabr.*

**946. Dumetellus** *Hüb. 29. 389. 390*; *Zell. Is. 172*; *OT. IX. 1. 80*; *HS. IV. 54.* Aliquot exemplaria in sterilibus collinis circa *Janow* (vide 998) et in herbosis silvarum circa *Radłowice górne.* Julio.

**947. Pratellus** *OT. IX. 1. 81.* (*Pratorum F. Zkn. H. 401.*) *HS. IV. 54. Zell. Is. 172.* Quotannis copiose, imo innumerose, a fine Maji in Julium usque in pratis, pascuis et fruticosis ubique locorum per omne terr. in montosa usque.

**948. Pascuellus** *L. H. 31. Zell. Js. 172*; *HS. IV. 53*; *OT. IX. 1. 75.* Frequentissime Junio Julioque in agris, dumosis, herbidis lucis fruticosisque a pl. in humiliores montes usque. In pomariis graminosis quoque reperitur.

**949. Ericellus** *Hüb. 371. Zell. Is. 173*; *HS. IV. 54*; *OT. IX. 1. 77.* Plura exemplaria Majo et Julio prope *Janow* in excisis pineti *R.* alibique in sterilibus agrorum calcareorumque collinorum *Próchnik*, *P. P.*, *Szyp etc.*

**950. Hortuellus** *Hüb. 46*; *Zell. Is. 173*; *HS. IV. 59*; *OT. IX. 1. 84.* Frequens in pratis siccis et humidis Junio Julioque per omne terr. usque ad altiora promontoria.

Varietatem **Cespitellus** *Hüb.* inveni semel 11. Julii (sociis: 895 etc.) prope *L.* in fruticoso pratulo humido ante *c. Liś.*

**951. Cerusellus** *SV. H. 62. 61*; *Zell. Is. 173*; *HS. IV. 56*; *OT. IX. 1. 88.* Vulgatissime Junio Julioque in herbosis pratulis circa *Leopolim et Janow.* Ditioni *R. g.* deest.

**952. Rorellus** *L. Hüb. 43*; *Zell. Is. 173*; *HS. IV. 58*; *OT IX. 1. 89.* Unicum exemplar 3. Julii prope *J.* in collinorum *Szyp* declivibus (una cum: 949, 951, 997, 998 etc.).

**953. Crysonuchellus** *Scop. Zell. Is. 173*; *H. 44*; *HS. IV. 58*; *OT. IX. 1. 91.* Quotannis communissime Majo et Junio ubique locorum in pratis, pascuis, vervactis fruticosisque per omne terr in promontoria usque.

**954. Falsellus** *SV. Zell. Is. 173*; *H. 30*; *HS. IV. 58*; *OT. IX. 1. 105.* Volitat satis frequenter Julio sub vesperum in *Samboriae* floralibus pomariisque (vide 495.).

http://rcin.org.pl

**955. Strenziellus** *Metzn.* (*Conchella SV.*). *Tr. X. 3. 167*; *Zell. Is. 173*; *HS. IV. 63. f. 1.*

**956. Mytilellus** *Hüb. 287*; *Zell. Is. 173*; *HS. IV. 63*; *OT. IX. 1. 99.*

**957. Pyramidellus** *Tr. IX. 1. 104*; *HS. IV. 64. f. 5*;*Zell. Is. 174.*

Singula specimina (sociis: **1309** etc.) **12.** Junii prope *J.* in herbosis collinorum *Próchnik* — *Szyp.* Volitabant sub vesperum prope humum.

**958. Pinetellus** *Clerck H. 38*; *Zell. Is. 173*; *HS. IV. 63. f. 2*; *OT. IX. 1. 94.*

**959. Margaritellus** *Hüb. 39*; *Zell. Is. 173*; *HS. IV. 62*; *OT. IX. 1. 102.*

Aderant sat multi socialiterque **3.** Julii prope *Janow* in collinorum *Próchnik* Pinis silv. Quoad comites vide **998.**

**960. Aridellus** *Thbg. Zell. Is. 174*; *HS. IV. 61 f. 17. 18.* Unicum exemplar (sociis **998** etc.) **3.** Julii in collinorum *Szyp* declivibus floridis.

**961. Culmellus** *L. H. 49*; *Zell. Is. 174*; *HS. IV. 57*; *OT. IX. 1. 93.* Exemplar alterum (simul cum **6** etc.) **24.** Julii in mont. prato circa *W., Z. P.* alterum (sociis: **120, 692, 738, 766, 1016, 508, 1171, 417, 179, 227, 123, 121**) **5.** Aug. *Samboriae* in pomario.

**962. Inquinatellus** *Hüb. 54. Zell. Js. 174*; *HS. IV. 56*; *OT. IX. 1. 121.* Hucusque semel exemplaria tria (sociis: **266** etc.) **8.** Aug. in prato humido *St. w. t.* pone quercetum *Łuh* in *Rak.*

**963. Tristellus** *SV. Aquilellus. Tr. IX. 1. 114*; *H. 50. 404*; *HS. IV. 66*; *Zell. Js. 174.* Reperitur vulgatissime in pascuis circa *Modrycz*, frequenter in campis circa *R.* et *L.*, denique in sterilibus promontoriorum *Bubniszcze* (vide **532** etc.). Toto Augusto initioque Septembris.

**964. Selasellus** *Hüb. 405. 406.* (*Pratella L.*). *HS. IV. 66*; *OT. IX. 1. 119*; *Zell. Is. 174.* Unicum exemplar (sociis **985** etc.) **11.** Julii prope *L.* in humido pratulo pone *c. Liś.*

**965. Luteellus** *SV. Zell. Is. 174*; *H. 55. 48*; *HS. IV. 66. OT. IX. 1. 125.* Reperitur frequenter prope *Janow* (comitibus: **1309, 998** etc.) in sterilibus collinis *Próchnik* — *Szyp*, porro so-

http://rcin.org.pl

litarie circa *Leopolim* in nardeto pone campestre betuletum *Krzywczycze*. 12. Junii — 6. Julii.

**966. Perlellus** *Scop. Zell. Is. 174; H. 40; HS. IV. 66. OT. IX. 1. 129.* Frequens ubique in pratis foenariis subsilvaticisque per omne terr. usque ad valles montanas (*Wołcze*, vide 6. etc.).

**967. Warringtonellus** *Stainton. Zell. Zeit. f. Ent. p. 36. t. 3. f. 10; HS. VI. 145.* Unicum exemplar 6. Julii prope *L.* in pratulo ad betuleti *Krzywczyce* marginem (una cum 57, 79, 83, 179, 184, 190, 237, 402, 455, 457, 458, 471, 501½, 526, 701, 708, 713, 749, 754, 819, 824, 828, 856, 902, 928, 965, 968, 999, 1000, 1084, 1050, 1083, 1120, 1123, 1137, 1155, 1168, 1179, 1180, 1206, 1210, 1232, 1236, 1245, 1322, 1335, 1336.).

**1088. Esperella** *H. 255. Extensella Hüb.* „*Maxima, alis anter. olivaceis flavo-virescenti nitentibus, posteriores latitudine subaequantibus, apice laete cupreo*; *feminae abdomine infra macula emarginata flava.*" *HS. V. 266*; *Zell. Linn. X. 173. et Is. 192.* Tres mares et unam feminam **30.** Junii (simul cum **238** etc.) in florido prato aperto prope *H.* et **1.** Julii (comitibus **945** etc.) in herbosis mixtae silvae ad pedem monticuli *Cz. sk.* pagum *Lisienice* versus. Ex latebris primum luce obscura prodit.

**1089. Seliniella** *Zell. Is. 193. et Linn. X. 182*; *HS. V. 267. f. 931.* Duos mares vesperi **1.** Julii (cum priore, **945** etc.) in herbosis in summo monticulo *Cz. sk.*

**1090. Armatella** *Schlaeg. Fallacella Zell. Linn. X. 184. HS. V. 267. f. 934.* Priori simillima. Volitavit frequenter per Hyperica perforata sub vesperum **29.** Junii in sicco pratulo nemorali prope coll. betuletum *K.* (vide **151**). Capta spec. sunt soli mares.

**1091. Vagabundella** *Zell. Linn. X. 200*; *HS. V. 269.* Specimina singula pervesperi **9** et **30.** Junii in pagi *Hołosko* pra-

http://rcin.org.pl

tulo, ibidem in angusta vallicula penes molam sito. Quoad comites (vide **328** et **238**).

**1092. Laminella** *SV. Zell. Is. 193. et Linn. X. 220; HS. V. 270. f. 935?; OT. IX. 2. 114; H. 139.* Vagabundellae simillima. Exemplaria plura in excisis coll. betuleti *Lwowiec* (simul cum: **158**, **632**, **149** etc.), in supra commemorato prato prope *Hołosko* (comitibus: **238** etc.) alibique circa *L.* in pratis. Altera parte Junii. Latitat in herbosis.

**1093. Chenopodiella** *H. 320. „Alis anter. olivaceo fuscis nitentibus, apice dorsique maculis tribus irregularibus flavicantibus.“ Tristella Tr. IX. 2. 109; Zell. Linn. X. 243. et Is. 193; HS. V. 264* Provenit solitarie sub finem Maji initioque Junii *Leopoli* in muris sepibusque suburbii *Stryensis* (comitibus: **116**, **121**, **208**, **246**, **814**, **900**, **994**, **1148**, **1260**, **1294**, **246**, **290** etc.). *Samboriae* et in apertis obvia mihi non fuit. Varietates, de quibus in variis operibus commemoratur, hucusque invenire mihi non contigit.

**1093½. Cuspidella** *SV. „Alis anter. nitidis olivaceis, maculis duabus (altera costali baseos obliqua, altera apicali) punctoque disci ad ⅔ vitellinis albisve; collari vitellino.“ HS. V. 263; OT. IX. 2. 110; Zell. Is. 193; H. 242, 385, 386.* Volitavit frequenter vesperi **29.** Junii (una cum: Laminella, Semicostello, Humerello, Pratana, Pollinariella, Cinerella, Terrella, Ligulella etc.) prope *L.* per muscosum nardetum ante campestre betuletum *Zubrze.* Quieta culmis insidet. Varietates sine macula apicali et puncto disci sunt frequentes. Feminae rariores esse videntur.

(*Hypatima H.*)

**1094. Inunctella** *Ti. „Alis anter. fusco-luteis nitidulis, puncto centrali post medium fusco obsoleto.“ Zell. Is. 193. et Linn. X. 266; HS. V. 212. f. 419.* Duo exempl. (sociis: **266** etc.) 8. Aug. in pago *D.* in parietibus domicilii pone pomarium siti. Item exemplaria duo **19.** Julii (simul cum: **258** etc.) in collini betuleti *Lwowiec* fruticosis.

(*Lypusa Zell.*)

**1095. Maurella** *SV. „Nigra, alis anter. nitidulis.“ Zell. Is. 192. et Linn. VII. 334; H. 122; HS. V 63; OT. IX. 2. 113.* Hucusque exemplaria 4 sub finem Maji initioque Junii percussione Quercuum in silvaticis *R. g.* (sociis: **993** etc.), *Lisienice* (simul cum: **689** etc.) et *Korycina* (comitibus: **328** etc.). Secunda Junii **1857.** vidi eam ad marg. querceti *R. g.* sole occidente supra Quercuum cacumina sat frequenter socialiterque vagantem.

http://rcin.org.pl

(*Pancalia Steph.*)

**1096. Leuvenhoekella** *SV.* „*Alis anter. rubro-aureis, fascia pone basin obliqua maculisque quattuor alternatim oppositis argyreis; antennis ante apicem albis.*" *Schmidtella Tr. IX. 2. 167; Zell. Is. 192; HS. V. 210; H. 261.* Specimina plura 1. Junii 1853. in mixtae silvae *R. g.* coryleto (sociis: 863 etc.)

(*Lamprus Tr.*)

**1097. Minutella** *L.* „*Alis anter. nitidulis fuscis, maculis duabus posticis oppositis flavidis, dorsali majore; capite palpisque fuscescenti-luteis.*" *Zell. Is. 192; H. 141; HS. V. 140; OT. IX. 2. 120.* Volitat solitarie Junio initioque Julii inter Alnos glut. ad marginem coll. silvae *R. g.*, porro in hortis sepulcretisque *Samboriae, Leopolis et Janoviae.*

**1098. Cinnamomea** *Zell. Minorella Zell. Is. 192; HS. V. 139. f. 415.* „*Alis anter. laete cinnamomeis, striga ex media basi ad medium dorsum maculisque duabus posticis oppositis; capillis flavis, vertice cinnamomeo, palpis flavis.*" Bellum hunc papiliunculum inveni specimine unico prope *H.* 30. Junii in Quercu pumilescente inter collinorum *Mostki* frutices mixtos. Quoad comites (vide 238 et 690).

**1099. Fulviguttella** *FR.* „*Alis anter. fuscescenti-luteis, maculis duabus flavis, altera in dorsi medio obsoletiore, altera pone disci medium distincta.*" *HS. V. 140; Zell. Is. 193.* Vagatur solitarie Aug. in rubetis fruticosisque mixtis ad margines coll. silvaticorum *Radł. g.* (sociis: 674, 85 etc.) et *Dąbrowa* prope *Modrycz.* (hic una cum: 1152 etc.).

**1100. Sulphurella** *Hüb. 150.* „*Alis anter. fuscis sulphureo pulvereis, macula una longitudinali e media basi, una dorsali, una in angulo postico, una costali anteapicali flavidis; capillis ferrugineis, palporum dorso flavido.*" *Tigrella. Zell. Is. 192; H. 336; HS. V. 139.* Tria specimina Junio in piceto *Swińka* prope *H.* (sociis: 328) et in pinetis prope *Janow* (una cum: 1309 etc.).

**1101. Tinctella** *H. 214.* „*Alis anter. unicoloribus ochraceis; costae basi fusca.*" *Zell. Is. 192; HS. V. 138; OT. IX. 2. 21.* Vagatur copiose socialiterque extremo Majo per coryleta campestris querceti *B.* prope *L.* Solitarie obvia mihi fuit Tinctella praeterea Junio Julioque in virguletis silvaticorum circa *R. g.* et *J.*

**1102. Schaeffereila** *L.* „*Alis anter. laete aurantiacis, striga, lineolis tribus longitudinalibus parallelis pustulisque tribus ferreis, nigro-cinctis; basi, limbo ciliisque nigris.*" *Zell. Is. 192; H. 136: HS. V. 141; OT. 2. 127.* Duo exemplaria pulcherrima 29. Maji 1859. *Leopoli*

http://rcin.org.pl

(sociis: 1024, 1019, 814, 380, 286 etc.) in pomarii septo adversus hortum botanicum.

**1103. Procerella** *SV. „Alis anter. miniatis, strigis duabus ante costam coeuntibus ferreis, fascia postica arcuata maculaque apicali in angulo ani convergentibus fuscis." Zell. Is. 192; H. 137; HS. V. 141.* Hucusque exemplaria quinque; duo (sociis 748 etc.) in *Stupnica* ad piceti *Jedlina* marginem in Alno glut., unum in pariete muscoso Ecclesiae in pago *D.* (vide 1195), unum prope *Janow* in querceto *P. R.* (una cum 998 etc.), unum denique (comitibus 752 etc.) in Corylo avell. in querceto *R. g.* Julio.

**1104. Formosella** *SV. Zell. Is. 192. „Alis anter. vitellinis, fascia lata obliqua, albo marginata maculaque costae anteapicali ferrugineis". H. 248; HS. V. 141; OT. IX. 2. 170.* Initio Julii 1859. in herbosis monticuli *Cz. sk.* prope lapicidinas exemplaria duo in societate specierum: 832, 945, 482, 481, 1081, 1088, 1089, 1232, 70 etc.

**1105. Flavifrontella** *SV. „Alis anter. flavido-cinereis, pustulis duabus obliquis ad $^{1}/_{3}$, una majore ad $^{2}/_{3}$ disci fuscescentibus; capillis ferrugineis, abdomine flavescente." Zell. Is. 192, H. 126; HS. V. 138; OT. IX. 2. 262.* Plura specimina ab 29. Maji ad 10. Julii inter frutices in excisis betuleti *Lwowice* et querceti *Pawłówka.* In latebris ad solis occasum delitesit. Capta exemplaria vagabantur per herbosa, plura etiam de fruticibus excitavi. (*Endrosis H.*)

**1106. Lacteella** *SV. Betulinella H. 20. 448; OT. IX. 1. 9; HS. V. 262; Zell. Is. 192.* Vulgaris incola domorum. Invenitur Majo — Octobri (et hieme) per cunctum terr. usque ad alpestres regiones (*Usrzyki górne, Skole*). Singulatim obvia mihi fuit Lact. et in silvaticis circa *R. g., M. et L.*

*Curtisella reperitur secus in Anglia, Hannovera et circa Aug. Vindelicorum. In museo Palat. Vindob. addita est ei adnotatio „Styria". Rarissima. — Restig.: circa Vindob. et in Hung. — Esper.: in Livonia, Alpibus, ad Labacum in Carniola, in montosis Silesiae, in Hung. — Selin.: circa Glog., Vindob., Ischl alibique. — Armat.: circa Ratisb. — Vagabundella circa Fiume, in montosis Nanos, in Histria, Dalm., ad Brussam. — Lamin.: in Ukraina, Saxonia, circa Brunsv., Ratisb., Glog. et Glatz, Reichenhall, Ischl, Vindob., Reichstadt et Nixdorf, in Styriae Alpibus, silva Hercynia, montibus Sudetis, Hung. — Chenop.: in Eur. media; in Gallia Anglia, Suecia, ad Petropolim, circa Polnisch-Lissa, Berol., Francof., Glog., Aug. Vindelic., Vindob., in Carinthia, Styria, ad Syracusas in Sicilia. — Cuspidella: circa Mödling in Austria, Schandau in Sax., Ratisb., in Bohemia. — Inunct.: circa Glogaviam, Posnaniam, Dresdam, Vratislaviam. — Maurella: in Toscana Hungaria, Austria, Germ. merid., ad Ratisb., Aug. Vindel. in Bavaria,*

http://rcin.org.pl

*porro in Casano. Bohemiae deesse dicitur. — Leuw.: in Livonia, circa Ratisb., Dresdam, in monte Cetio (Kahlenberg) et circa Mödling prope Vindobonam, in Bohemia, Carinthia, Hung. — Minut.: in Anglia, Schonia, Ukraina, circa Dresdam et Schandau, Francof., Ratisb., Neustrelitz, in Bohemia, ad Vindob. — Cinnamomea: circa Neustrelitz, Berol., Glog., Ratisb., Schandau et Dresdam, Vindob., in Bohemia. Rara. — Fulvig.: in Borussia, Austria, circa Megalopolim, Nixdorf in Bohemia. Rara. — Sulphur.: circa Mödling in Austria, Nixdorf, Dresdam et Schandau, Francof., Berol., Glog. et Polnisch-Lissa in Silesia Borussica. — Tinct.: in Anglia, Saxonia, circa Berol., Glog., Francof. a. O., Ratisb., Nixdorf, Vindob., in Carinthia? — Schäff.: in Gallia, Anglia, Schonia, circa Aug. Vindelic., Dresdam, Francof., Berol., Glog., Vindob., in Hung. — Procer.: in Bohemia, circa Vindob., Schandau, Francof., Berol., Aug. Vindel., Ratisb. — Formos.: circa Megalop., Francof. a. M., Berol., Glog., Vindob. in Saxonia, Helvetia, Bohemia, Hung. — Flavifr.: in Gallia, Helvetia Saxonum, in Alpibus, circa Ratisb., Nixdorf et Reichstadt, in Austria, Hung. — Lact. denique per cunctam Eur.*

## Yponomeuta *Latr.*

**1107. Plumbellus** *SV. „Alis anter. albis, punctis numerosis seriatis, macula versus medium dorsi apiceque nigris.“ Zell. Is. 194; H. 86; HS. V. 91; OT. IX. 1. 213.* Frequens sub finem Aug. locis collucatis in mixta silva *R. g.*, ubi sub vesperum prope humum per herbosa vagatur.

**1108. Evonymellus** *L. „Alis anter. lacteis, punctulis (circa 50) nigris 4 - 5 seriatis, ciliis concoloribus.“ Tr. Zell Is. 194; H. 88; HS. V. 92; OT. IX. 1. 215.* Unicum exemplar (sociis 1300 etc.) 5. Junii in Pruno pado in coll. silva *R. g.*

**1109. Cognatellus** *Tr. Zell. Is. 194; H. 87. 391. 392; HS. V. 92; OT. IX. 1. 220.* Frequens *Samboriae* in pometis Julio. In silva *Radł. g.* Julio et Aug. solitarie in Pyro communi et malo.

**1110. Padellus** *L. Zell. Is. 194; H. 393 — 395; HS. V. 91; OT. IX. 1. 217.* Unum par in copula (sociis 752 etc.) 31. Julii in silva *Radł. g.* percussione Pyri mali.

*Plumb. invenitur secus in Anglia, Bavaria, circa Francof., Berol., Glog. in Austria. — Evon.: in Anglia, Suecia, Bavaria, Silesia Borussica, circa Berolinum, Francof., in Carniola, Austria. — Cogn.: in Bavaria, circa Berol., Francof., Glog. in Austria. — Padellus denique per omnem fere Eur. mediam.*

## Psecadia *H.*

**1111. Scalella** *Scop „Alis anter. niveis, vitta media longitudinali utrimque sinuata limbum non attingente, pustulis punctisque atris; poster. antice griseis, postice albis; capite, thorace abdomineque albis.“ Lithospermella Tr. IX. 1. 209; Zell. Is. 194; H. 104; HS. V. 132.* Tria specimina 3. Julii (sociis 998 etc.) prope *Janow* in silvaticis inter *Romanówka et Szyp* in arborum truncis et fruticibus.

http://rcin.org.pl

**1112. Echiella** *SV*. *„Alis anter. albis, dimidio costali majore postice dentato nigro; abdomine flavo.“* Paulo minor priore. *Zell. Is. 194*; *H. 105*; *HS. V. 132*; *OT. IX. 1. 211.* Reperitur satis frequenter altera parte Maji *Leopoli* in sepiminibus. In silvis circumjacentibus rara.

**1113. Funerella.** *Fabr*. *„Alis anter. nigerrimis, macula magna costali post medium vittaque dorsali lata irregulari nigro-pustulata albis.“ 8½.‴ Zell Is. 194*; *H. 85*; *HS. V. 131*; *OT. IX. 1. 213.* Satis frequens in silvis frond. per omnes humiliores regiones. In *Samboriae Leopolisque* pometis quoque adest. A fine Maji usque ad Aug.

**1114. Decemguttella** *H. 303*; *Zell. Is. 194*; *HS. V. 132*; *OT. IX. 1. 225.* *„Alis ant. albido-plumbeis, punctis 10 nigris, anali maximo.“* Magnitudo Funerellae. Exemplar unicum 29. Junii in Quercu nemorali ad betuletum *K.* (vide 151).

*Scalella provenit secus in Carniola, Austria, Bav., Sax., alibique in Germ.— Ech.: in Austria, Hung., Helvetia, circa Dresdam et Schandau, Polska — Łysa, Berol., Francof., Glog.—Funer.: in Anglia, Hung., Sax., Carniola, circa Mödling, Polska-Łysa, Francof., Aug Vindelic.— Decemgut. in Anglia et hic illic in Germ.*

## Depressaria. *Tr.*

**1115. Albipunctella** *H. 149*; *Zell. Is. 196 et Linn. IX. 319*; *HS. V. 119*; *OT. IX. 1. 245.* Exemplaria quatuor; duo Augusto in arboribus pomiferis in pago *M.* (sociis 1152 etc.), tertium 29. Sept. (simul cum 1186 etc.) in Betula in silva *Z.*, quartum vesperi Augusto prope *S.* in saliceto ad fluminis Dniester ripas, ubi locis excisis Rubus caesius spisse ingentique crescit numero.

**1116. Applanella** *Fabr. Zell. Linn. IX. 270 et Js. 195*; *Cicutella Tr. IX. 1. 248*; *H. 419*; *HS. V. 118.* Singula exemplaria (sociis 674. 1115. 1152. 239 etc.) 16. Maji *Samboriae* in septo, 19 Aug. in silvaticorum *R. g.* Populo tremula, 8. Aug. in pagi *M.* pomario et 15. Sept. in Betula silvae betulineae *Z.*

**1117. Laterella** *SV. Zell. Is. 195 et Linn. IX. 263*; *HS. V. 125*; *Heracliella Tr. IX. 1. 250*; *H. 417.* Specimina plura *Samboriae* in pometis, porro in silvaticis frutectisque circa *R. g.*, *B. et Lis.* 18 Maji — 8. Oct.

**1118. Arenella** *SV. FR. 33*; *Zell. Linn, IX. 226 et Is. 195*; *H. 96*; *HS. V. 124*; *OT. IX. 1. 258.* Exemplaria lura *Samboriae* in sepimiuibus, in alnetis vepretisque circa *R. g.* Majo.



http://rcin.org.pl

**1119. Propinguella** *Tr. X. 3. 184*; *Zell. Is. 195. et Linn. IX. 232*; *FR. 33*; *HS. V. 124*; Plura exemplaria in truncis diversarum arborum in silvaticis *R. g.* 18 Maji — 3 Junii.

**1120. Assimilella** *FR 31. 32*; *Zell. Is. 195. et Linn IX. 212*; *HS. V. 121*; *OT. IX. 1. 259.* Exemplar alterum 12. Junii in Pino silv. in collinis *Szyp*, alterum 6. Julii in Quercu nemoris ad betuletum *K.* (Sociis 1309. 967. 1137 etc.).

**1121. Impurella** *Metzn. Zell. Is. 196 et Linn. IX. 257. FR. 48*; *HS. V. 128*; *OT. X. 3. 178. et 279.* In betuleto *Ż.* inveni eam pluribus speciminibus Sept., Oct. medioque Martio (simul cum: 76, 240, 375, 518, 523, 600, 829, 921, 1008, 1011 575, 572, 524, 519, 518, 437 etc.). Specimina duo cepi praeterea sub finem Maji (sociis 993 etc.) in silvaticis *R. g.* Insidet Alnorum Betularumque truncis plerumque ad radices, quam ob rem difficulter conspicitur et excitatur.

**1122. Vaccinella** *H. 416*; *Zell. Is. 195 et Purpurea Hav. Linn. IX. 240*; *HS. V. 117*; *OT. 1. 236.* Exemplar unum 27. Oct. in Betulae trunco in betuleto *Z.* (simul cum 1121, 906, 907, 910, 911, 908, 913, 914, 919, 921, 851, 855, 877, 603, 577, 517, 372, 14).

**1123. Pimpinellae** *Zell. Is. 196. et Linn. IX. 298*; *HS. V; 130. f. 439.* Semel exemplar unicum 6 Julii (una cum 967 etc.) in pumilescenti Fago in mixto nemore ad betuletum *K.*

*Albipunctella reperitur secus in Hung., Austria, Germ. etc.; usque ad Angliam et Livoniam. — Appl.: in media borealique Europa usque ad 64°; orientem versus usque ad Casanum.—Later.: in Austria, Germ. etc.; usque ad Liv. et Toscanam. — Aren.: per Eur. u. ad Helsingfors et Abo, Livoniam, Angliam, Galiam, Toscanam, Casanum, prov. Orenburg. — Prop.: in Casano, Uralo, Livonia, Anglia, Germ, Hung, Boh. — Assim.: in Eur. media; usque ad Angliam et Neapolim. — Impur.: circa Vindob., Reichstadt, Berol., Glog., Ratisb, Dresdam, Francof. ad O., Jenam, Friburgum, Hesychiam Carolinam.—Vacc.: ad Berol., Francof. ad O., Glog etc.; usque ad Liv., Tosc, Hispaniam. — Pimp.: in Casano, Finlandia, Liv., Prussia ad Francof. ad M., ad Jenam, in Anglia merid., in Austria.*

## Gelechia *H.*

**1124. Gibbosella** *Zell. Is. 202.* *Alis anter. fuscescenti-cinereis, fusco nigroque marmoratis, lineola basali transversa nigra,*

http://rcin.org.pl

*striga antelimbali unangula albida, tuberculis 4 asperis.“ 8.’’* Muscosellae simillima. *HS. V. 165.* Exemplar unum (sociis: 1115, 1116, 1147, 1157, 1152 etc.) 11. Aug. in trunco Pyri in pago *Modrycz.*

**1125. Alcella** *Fab. „Alis anter. niveis, fascia pone basim obliqua, maculis 4 marginalibus pluribusque disci punctis nigerrimis.“ 6.’’’ Zell. Is. 200; HS. V. 165; Bicolorella Tr. IX. 1. 233; H. 151.* Vulgaris Majo et Junio, rarior Julio, in quercetis *R. g.* et *Kor.*, porro in silvaticis mixtis ad pedem monticuli *Cz. sk.*

**1126. Albicipitella** *Zell. Is. 202. „Alis anter. nigris, fascia obliqua pone basim, maculis costae duabus, dorso capillisque niveis.“ 4.’’’ HS. V. 165. f. 476.* (*Albiceps FR.*). Reperitur solitatim in fruticibus ad margines silvaticorum circa *R. g.* et in querceto supra c. *Liš.* (sociis 553, 776, 335 etc.) Junio, Julio.

**1127. Lepidella** *FR. „Alis anter. niveis, maculis* (*una humerali, una ante costae medium, duabus dorsalibus remotis*) *fasciaque maculari integrave obliqua post medium* (*basin versus directa et dorsum attingente*) *nigris.“ 4½.’’’ Zell. Is. 202; HS. V. 165. f. 488.* Exemplaria duo in silvarum *R. g.* marginali fruticeto florido, tertium in Fraxino penes Ecclesiam in pago *M.* Augusto (sociis 85, 1151 etc.).

**1128. Blandella** *FR. „Alis anter. albidis, fusco irroratis, fascia obliqua pone basim* (*dorsum non attingente et versus angulum analem directa*) *nigerrima; capillis albis.“ 5.’’’ HS. V. 166. f. 503.* Medio Augusto tria exemplaria paulo obsoleta inter frutices prosilvii in pago *R. g.*

**1129. Alburnella** *Ti. „Alis anter. albis, cinerascenti-subnebulosis tuberculatoque-scabris, lineola costali obliqua post medium nigra, tuberculo crasso obliquo supra dorsum in tertia alae parte basali fuscescenti“ 6.’’’ Zell. Is. 200; HS. V. 168. f. 489. 490.* Exemplaria singula 27. Junii et 8. Aug. in Quercubus silvaticorum circa *R. g.* et *Rak.* (comitibus 49. 266. etc.).

**1130. Cytisella** *Ti. „Alis anter. sordide albis, macula maxima verticali ad ⅓ dorsi, punctis duobus post disci medium humerisque nigris ustulatis.“ 7½.’’’ Zell. Is. 200; HS. V. 186. f. 491.*

http://rcin.org.pl

*OT IX. 299.* Initio Junii plura specimina prope *L.* in querceis frutectis collinorum *Mki.* et in florido margine betuleti *K.* (sociis: 892, 328, 1268. etc.).

**1131. Krösmanniella** *Mann.* „*Alis anter. cinerascentibus albidisve, fuscescenti-nebulosis, maculis quatuor (duabus costalibus, tertia plicae ante medium, quarta media) separatis umbrave obsoletissima connexis punctisque disci pluribus nigris.*“ *6.'" HS. V. 166 f. 581.* Provenit satis multa in pomario pagi *M.* et in querceto *R. g.* 13 Julii - 8 Aug. (sociis 776, 258, 1152 etc.).

**1132. Luculella** *H. 397.* „*Alis anter. nigricantibus, maculis duabus costalibus (priore ante medium magna lunata striolamque nigram costalem continente, posteriore anteapicali parva pustulaeformi) albis flavisve.*“ *5½.'" Zell. Is. 202; HS V. 167. f. 497.* Aliquot exemplaria Junio in Quercubus querceti *R. g.* et in querceo fruticeto collinorum *Zap.* (sociis 892, 561, etc.).

**1133. Apicistrigella** *FR.* „*Alis anter. cinereis, subferrugineo-mixtis, juxta dorsum trituberculatis, fascia tenui ad ⅕ costae (saepe maculari, extrorsum obliqua), tertia alae parte media strigaque obliqua ex apice in alae medium nigris fuscisve; fronte palpisque albis, horum articulo ultimo nigro-biannulato.*“ *5—6.'" HS. V. 167. f. 483.* Invenitur frequenter socialiterque in Quercubus mixti nemoris ad betuletum *K.* Specimina plura inveni etiam in collinorum *Szyp* Pinis silv. (una cum 996, 1150, 1100, 1142, 1207, 1208 etc.) Junio.

**1134. ? Pisticella** *Heyden.* „*Alis anter. cinereis flavescentibusve, tuberculatis, parte alae media maculaeformi, striga apicis juxta limbum, punctis limbalibus palporumque articulo ultimo nigris, striga postica unangula ad ¾ alba, ante hanc macula centrali flava et striola longitudinali atra.*“— Paulo major priore, cui quodammodo est similis. Area basalis tota et dorsum ultra medium flavescentia cinereave. Macula media permagna est pone aream basalem nigerrima, strigam posticam versus dilutior; in ejus medio invenitur antice striola longit. atra et post hanc macula flavida strigae posticae annata, quam tamen non interrumpit. Latus maculae inferius habet magnum sinum, qui angustius saepe costam versus continuatur maculamque in duas minores subdividit. Fascia nigra pone basim, Apicistrigellae propria, omnibus meis speci-

http://rcin.org.pl

minibus deest; striga apicis vero juxta limbum tendit et non sicuti apud Apicistrigellam versus alae medium.

Vulgaris in silvaticorum *R. g.* Alnis glutinosis, Pop. tremulis et Quercubus, quas socialiter incolit. Exemplar unum obvium mihi fuit etiam ad marginem querceti *Ł. in R.* Julio initioque Augusti (sociis: 1129, 1195 etc.).

**1135. Triparella** *Metzn.* „*Alis anter. gilvescentibus, cinerascenti-subnebulosis, maculis tribus costalibus obsoletis obscurioribus, striga postica pallidiore, paribus tribus tuberculorum disci nigrorum oblique positorum.*“ *6.‴ Zell. Is. 200; HS. V. 170. f. 482.* Reperitur frequenter in silvis et frutectosis circa *L.*, porro in querceto pagi *R. g.* Toto Junio.

**1136. Proximella** *H. 228.* „*Alis anter. albo-cinerascentibus, tenerrime obscurius irroratis, punctis striolisque disci elevatis atris, anterioribus valde oblique subseriatis, posteriore verticaliter duplici, litura costali post medium obsoleta fuscescenti.*“ *6—7.‴ Zell. Is. 200; HS. V, 169; f. 492; OT. IX. 2. 90.* Vulgaris sed valde dispersa ubivis in silvis fruticosisque circa *L.* In silvaticis circa pagum *R. g.* rarissima. Reperitur ultimis diebus Maji totoque Junio.

**1138. Wagae sp. n.**

„*Alis anterioribus nitidulis obscure cinereis, maculis costae tribus obsoletis obscurioribus, seriebus duabus tuberculorum* (2—4) *regularibus obliquis ante, puncto duplici scabro subverticali pone medium, punctis limbalibus unoque ad basim nigerrimis; posterioribus canescentibus; ciliis alarum omnium unicoloribus dilute cinereis.*“

Novam hanc Gelechiam dedico Celeberrimo Varsaviensi Professori **Antonio Waga**, rerum entomologicarum in terris suis disquisitori exactissimo scriptorique meritissimo.

Inveni eam pluribus speciminibus (3 pulchris, 4 decoloratis) altera parte Maji primisque diebus Junii in collinis ditionibus circa *Radłowice górne*, *Czaple et Leopolim.* Habitat in frondosis silvis mixtis degitque praecipue in Coryli avellanae fruticibus, ex quibus plura meorum exemplarium excitavi. Circa pagum *Radłowice górne* inveni eam etiam in impenetrabilibus Populi tremulae fruticetis, quae nunc loca in betuleto *Lwowiec* excisa spisse convestiverunt. Lepidoptera eodem tempore in commemoratis regionibus

http://rcin.org.pl

volantia ad Hesp. Malvarum, Heliam Calvarialem, Graph. Ustulanam, Anc. Dilutellam, Tin. Clematellam, Cocc. Comitanam et Ephipp. Coniferanam enumeravi.

Quod similitudinem cum aliis meae collectionis Gelechiis adtinet, Wagae medium inter Triparellam et Proximellam tenet. Ex Gelechiis, quae mihi ex descriptionibus sunt notae, sola Euratella (Notatella Tr.) ei quodammodo aemulatur.

Magnitudo diversa, $5^1/_2$ — 7'''; specimina majora Proximellam, minora Triparellam adaequant.

Antennae fuscae, tenerrime albido annulatae, costa multo breviores. Palpi cinerei, articulus ultimus subulatus nigrobiannulatus, penultimus crassus. Caput, thorax et scapulae obscure cinerea alisque concolora. Abdomen fuscum. Pedes externe fuscescentes, interne exalbidi; tarsi fusco et flavido annulati.

Forma alarum omnium eadem est ac apud Proximellam. Costa ad apicem ciliata dorso multo longior; limbus valde obliquus. Apex alarum anter. rotundatus, poster. productus; angulus analis obsoletus.

Alae anteriores subaequilatae ($^8/_{12}$''') constanter obscure cinereae, passim subnebulosae, nigerrimo tuberculatae et punctulatae, in aliquot speciminibus ante limbum paulo dilutiores. In costa conspiciuntur tres umbrae inaequales maculeformes, prima ad $^1/_5$ (saepe puncto nigro indicata), secunda ad $^2/_5$, tertia ad $^3/_4$. Sub ambis maculis anterioribus tendunt in angulum analem conversae series singulae punctorum scabrorum, quarum prior 2—3, posterior 3—4 punctis constat. Sub macula vero tertia adest in disco fere medio tuberculum duplex subverticale.

Maculae costales saepe dorsum versus continuantur exhibentque quasi fascias tres obsoletissimas seriatotuberculatas. Series vero tuberculorum obliquae in alis non distensis ita connivent, ut arcus in costis incipientes, alas ambas percurrentes basimque versus concavos conficere videantur.

Striga postica angulata multis Gelechiis propria omnibus meis speciminibus penitus deest et nullae eam indicant signaturae. Apici costae totique limbo insident plura puncta nigra, quae tamen aeque ac tubercula discoidalia neque cincta neque signata sunt colore pallidiore.

Differt igitur primo aspectu:

a Proximella colore obscure-cinereo, tuberculis regulariter et minus oblique positis, defectu strigae posticae;

a Triparella colore cinereo, alis subangustioribus, majore numero tuberculorum, defectu strigae posticae, punctis omnibus pallidius non signatis;

ab Euratella, quam Clarissimus Schäffer Proximellae similem at colore obscure-cinereo et signaturis minus determinatis distinctam esse docet, disci punctis regulariter in series collocatis.

**1137. Kneri sp. n.**

*„Alis anterioribus rufescenti nigro-fuscis, passim obsolete flavido intermixtis, limbo late obscuriore nigricanti, punctis disci quatuor subobsoletis nigris in trapezium positis, basi marginis interioris, macula costali ad apicem, thorace, capite palpisque (nigro terminatis) laete vitellinis; posterioribus unicoloribus obscurius cinereis; ciliis alis subconcoloribus.“*

Pulchrum hunc papiliunculum insignio nomine Illustrissimi Doctoris **Rudolphi Kner**, C. R. Academiae Vindobonensis Zoologiae Professoris, olim Leopoliensis, rerum palaeontologicarum Haliciensium disquisitoris indefessi, scriptoris meritissimi meique quondam Praeceptoris honoratissimi.

Ex duobus speciminibus ad id tempus inventis, alterum paulo decoloratum 12. Junii in campestri-collino tractu *Janow*, alterum pulcherrimum 6. Julii prope *Leopolim* in mixto luco ad vicum Krzywczyce pertinente detexi. In utraque regione delitebat Kneri in Coryli avellanae fruticibus. Quod ceterum alia lepidoptera eodem tempore volantia adtinet, inspiciant lectores Crambum Warringtonellum et Cemiostomam Salaciellam.

Latitudo 5''', longitudo $1\frac{1}{2}$'''.

Antennae nigrofuscae, $\frac{3}{4}$ costae adaequantes. Scapulae alis concolores. Pedes fumati aculeati, tarsi obsoletissime luteo-annulati. Abdomen fusco-nigrum.

Palpi magni vitellini, articulus eorum penultimus crassus, omnino innotatus, articulus ultimus satis magnus apice nigricans.

Alae anteriores basi coarctatae ($\frac{6}{12}$''') limbum versus dilatatae (1'''), costa earum dorso vix longior, limbus parum obliquus. Alae posteriores latitudinem anteriorum non excedunt; earum apex productus.

Alae anteriores rufescenti-fusco sunt coloratae et juxta plicam a basi ultra medium tenerrime obsoletius flavido mixtae. Limbus earum colore fundi multo est obscurior et similiter ac apud Dimidiellam late nigricans. In disco dantur 4 puncta obsoleta nigra quarum ambo superiores in linea longitudinali media, ambo inferiores in plica sunt posita, ita ut omnia trapezium efficere videantur. Ex his punctis centrale est distinctissimum et maximum, ambo antica minora et obsoletiora, quartum denique anteanale centralique subjectum vix conspicuum.

Striga postica multis Gelechiis propria in nostra specie solum parva macula costali indicatur.

http://rcin.org.pl

Cilia alarum anteriorum obscure fusca, linea eoram dividens nigerrima; posteriorum obscure cinerea.

Pagina inferior alarum omnium subunicolor griseo fusca. Cilia fuscescenti-cinerea. Macula costalis conspicua flavescens. Costa nigricans.

**1139. Vulgella** *SV. „Alis anter. fuscocinereis, costa obscurius maculata, punctis duobus ante, striolaque transversa post medium supradorsalibus scabris atris.“ Vix 6.‴* Zell. Is. *201; H. 346; HS. V. 169. f. 500.* Singula specimina in Quercubus 8. Junii et 7. Julii in silvaticis circa *R. g. et Liś.* (sociis: **452**, **878** etc.).

**1140. Fugitivella** *Z. Is. 200. „Alis anter. cinereis, fuscescenti-nebulosis, passim tuberculato asperis, striola obliqua ex humero, maculis costae punctisque disci nigris.“* 5½.‴ Proximellae simillima. *HS. V. 168; f. 571.* Exemplaria duo in arbustis Leopolitanorum ambulacrorum. Julio.

**1141. Fugacella** *Zell. Is. 200; HS. V. 169. „Alis latioribus cinerascenti-fuscis, nigro variegatis, striola obliqua ex humero atra, punctis sparsis nigris.“* Magnitudo prioris. Speciem hanc Clarissimus Schäffer pro varietate Fugitivellae habet. Exemplaria duo in truncis arborum in Leopolis ambulacris Julio.

**1142. Dodecella** *L. „Alis anter. cinereis, obsolete fuscescenti transverse nebulosis (quasi fasciis pluribus), humeris punctisque tribus supradorsalibus inter se distantibus scabris atris.“ 5.‴ Facillaticella Zell. Is. 200; HS. V. 169. f. 501.* Exemplaria duo (simul cum **1150**, **1120**, **996**, **1309** etc.) 12. Junii in fruticosis Pinis silvestribus et Quercubus in collinis *Szyp.*

**1143. Humeralis** *Zell. Is. 1847. pag. 832. „Alis anter. angustis fuscogriseis, humeris, maculis costalibus 2 striolisque disci 3 obliquis (posteriore scabriuscula) nigris.“ Vix 6.‴ HS. V. 170; f. 477, 478. Incretella Zell. Is. 1839 pag. 200.* Singula exemplaria in truncis Quercuum in querceto *B.* 15. Sept. et 8. Oct. (una cum: **239**, porro **184**, **503**, **603**, **851**, **855**, **877**, **906**, **910**, **911**, **914**, **919**, **921**, **1117**, **1181**, **1121**, **1013**, **1069**, **1070**, **1064**, **1249** **1250**, **1301**.).

**1144. Pictella** *Zell. Is. 202. „Alis anter. nigrofuscis, fasciis 3 obliquis (posteriore limbum versus cuspide) maculaque apicis argenteis; antennis fuscis, apice albis.“ 4½.‴ Serratellae si-*

http://rcin.org.pl

*milis. HS. V. 188. f. 545.* Exemplar unum 12. Junii in calcareorum collinorum *Szyp* pratulo florido. Vagabatur sub vesperum prope ipsam humum una cum: **1142**, 1180, **447**, 1080, 1074, 1146 (ceterum 1309 etc.).

**1145. Murinella** *Mann. „Alis anter. obscure cinereis, aequaliter fusco-irroratis, punctis obscurioribus.“ Vix 4.'''* Posteriori et Anthyllidellae similis. *HS. V. 178. f. 535.* Unum exemplar **24.** Julii ante solis occasum in siccis floridisque declivibus montium circa *W.* (sociis Artemisiella, Anthyllidella etc.).

**1146. Artemissiella** *Ti. „Alis anter. fusco-cinereis, dense fusco-irroratis; lineis longitud. ferrugineis puncta atra subscabra continentibus obsoletis.“ 5.''' Zell. Is. 201; HS. V. 172; OT. IX. 2. 97.* Speciem hanc inveni copiosam ubique in siccaneis apricisque inter pineta prope Janow, porro in declivibus montium circa *W.* Circa Leopolim minus frequens. Degit gregatim in plantis humilioribus, praecipue in Thymo serpyllo. Junio, Julio.

**1147. Rhombella** *SV. Zell. Is. 200. „Alis anter. fusco-griseis, macula una humerali, una costae ante apicem duabusque disci (postica uncinata) longitudinaliter positis nigris.“ 7½.''' H 277; HS. V. 170. f. 479; OT. IX. 2. 93.* Satis multa in arboribus pomiferis hortorum *Samboriae* pagorumque *M. et W.* Junio-Aug. (sociis: 321, 1065, **1124**, etc.). Versus regiones montanas frequentior esse videtur.

**1148. Obsoletella** *FR. 79. „Alis anter. pallide griseo-testaceis, fusco-irroratis, signaturis indeterminatis obsoletis, abdominis segmentis 1—3 flavescentibus.“ Vix 6.''' HS. V. 172.* Aliquot exemplaria sub finem Maji *Samboriae* ! *eopolique* in pomariorum septis.

**1149. Terrella** *SV. „Varians; alis anter. nitidulis lutescenti-cinereis griseisve, punctis disci tribus nigris, striga postica angulata diluta; alis poster. ante apicem productum profundius retusis.“ 7.''' Zell. Is 199; FR. 80. 96; H. 170; HS. V. 173 OT. X. 3. 199.* Quotannis innumerosa ubique locorum usque ad regiones mont. per cunctam Haliciam perlustratam. Junio, Julio.

**1150. Distinctella** *FR. 80. „Varians, alis anter. nitidulis lutescenti fuscis, nigro-nebulosis, punctis disci 3 nigris albo-*



http://rcin.org.pl

*notatis, striga postica angulata diluta.*" *8.*"' *Terrellae et posteriori similis. HS. V. 173*; *Zell. Is. 199.* Reperi eam frequentem et in numerosis varietatibus **12.** Junii et **3.** Julii in collinis *P.—S.*, ubi (sociis **1299**, **1207**, **1208**, **1264**, etc.) solas Pinos silvestres inhabitat. Latitat usque ad vesperum in latebris venitque primum obscura luce in conspectum.

**1151. Solutella** *FR. 5.* „*Alis anter. fuscis, pustulis disci 3 longitud. nigris, striga postica macula diluta costali indicata.*" *9.*"' *Zell. Is. 199*; *HS. V. 175. f. 519, 520*; *OT. IX. 2. 77.* Unam feminam **12.** Junii cum priore in Pino silvestri.

**1152. Velocella** *Ti.* „*Alis anter. griseo-fuscis, maculis 2 oppositis albidis obsoletissimis.*" $7^1/_2$."' Puncta disci venaeque nigrae meo specimine Haliciano, locali verisimiliter varietati, desunt. Gallinellae, quodammodo et Alacellae similis. *Zell. Is. 198*; *FR. 77*; *HS. V. 179*; *Subsequella Tr. IX. 2. 83.* Semel exemplar unicum initio Aug. in Quercus trunco ad marginem mixtae silvae *Dq.* prope pagum *Modrycz*, in cujus ambitu commemorato tempore (**2**—**11** Aug.) sequentes obviae mihi fuerunt species: **1350**, **1339**, **1306**, **1301**, **1290**, **1276**, **1263**, **1257**, **1247**, **1206**, **1197**, **1196**, **1178**, **1171**, **1166**, **1157**, **1147**, **1131**, **1127**, **1124**, **1106**, **1115**, **1113**, **1099**, **1070**, **1067**, **1062**, **1061**, **1038**, **1018**, **969**, **968**, **963**, **948**, **947**, **877**, **874**, **873**, **865**, **857**, **847**, **818**, **800**, **797**, **663**, **647**, **625**, **616**, **613**, **599**, **598**, **596**, **513**, **509**, **480**, **478**, **472**, **461**, **448**, **433**, **179**, **83**, **73**—$78^1/_2$, **35**, **12**, **10**, **8**, **5**, **4**, **1**.

**1153. Gallinella** Ti. „*Alis anter. rufescenti-fuscis, punctis disci tribus et limbalibus nigris, albido vix terminatis.*" *7.*"' *Zell. Is. 198*; *HS. V. 182. f. 575*; *H. 470*; *OT. IX. 2. 79.* Plura exemplaria in Quercubus ad margines silvaticorum *R. g.* et *Zap.* initio Junii (comitibus **863**, **568**, **353**, **930** etc.).

**1154. Pinguinella** *Tr. IX. 1. 245. et X. 3. 288.* „*Alis anter. fuscescentibus, flavido-nebulosis, obscure-striolatis, maculis 2 costalibus obscurioribus, tribus disci longitud.*; *abdominis basi flavida, barbae analis macula fusca.*" *8.*"' *Turpella HS. V. 182*; *Zell. Is. 200. Nebulea Steph.*; *Vicinella Dougl.* Tria exempl. **24.** Julii in pometo montani pagi *Wołcze* (sociis Rhombella etc.).

**1155. Cautella** *Zell. Is. 206.* „*Alis anter. nigris, cinereo-irroratis, obscure striolatis, macula costali, striga postica fracta*

http://rcin.org.pl

*fronteque albidioribus; punctis disci obsoletissimis.*" Magnitudo prioris; Muscosellae similis. *HS. V. 182. f. 509.* Aliquot exemplaria in truncis diversarum arborum in mixto nemore ad betuletum *K.* initio Julii (sociis 967 etc.).

**1156. Muscosella** *FR.* „*Alis anter. cinereis, fuscescenti-nebulosis, dorsi basi, fasciis obsoletis tribus (maculis in costa indicatis, angulum posticum versus directis) serieque punctorum limbalium obscurioribus, striga postica pallida acutangula; palpis longissimis.*" 8.''' Analoga Gibbosellae, Cautellae, Nebuleae. *Zell. Is. 197; HS. V. 183. f. 586.* Semel exemplar unicum (sociis 158 etc.) 19. Junii in trunco Alni glut. in mixtis silvaticis circa *R. g.*

**1157. Sororculella** *H. 440.* „*Alis anter. obscure-cinereis, squamis fuscis in maculas disci duas permagnas (unam ante, unam post medium) condensatis, punctis disci 2 longitud. nigris (priore striolae albicanti annato).*" $5^1/_2$.''' *HS. V. 183; OT. IX. 1. 238; Zell. Is. 198.* Exemplar unicum 11. Aug. in pomario pagi *Modrycz* (sociis Gibbosella, Albipunctella, Rhombella, etc.).

**1158. Manniella** *FR.* „*Alis anter. ferrugineo-cinereis, atro-signatis, fascia latiuscula ad $^1/_3$ basim versus albo-marginata et ad angulum ani vergente, striola longitudinali centrali oblique usque ad dorsum producta apiceque atris, macula disci obsoletiore ferruginea (quae fasciam posticam distinctam albam in medio subsinuatam attingit, non interrumpit); capite fusco.*" $4^1/_2$.''' *Zell. Is. 198?; Vicinella Dougl; HS. V. 184?* Singula spec. in piceto *Jed.*, porro in quercetis *B. et R. g.* 1. et 16. Maji, porro 13. Julii (sociis: 360, 148, 776 etc.). Exemplar Julio captum est pulcherrimum, ambo alia obsoleta.

**1159. Kiningerella** *Mann.* „*Alis anter. nigricantibus, basi nigropunctata, fascia media obliqua obsoletissima strigaque obtusangula ad $^3/_4$, fronte palporumque articulo medio intus albis, puncto apicis atro albo-semicincto.*" *HS. V. 186; f. 471.* Semel exemplar singulum 12. Julii (cum priore, 277 etc.) in Populo tremula mixtarum silvarum frondosarum circa pagum *R. g.*

*Gibbosella occurit secus in Anglia, circa Parisios, Leucopetram Saxonum, Berol., Glog., Reichstadt Bohemorum, Vindob. — Aleella: in Anglia, Sax., Hung., Banatu, circa Francof. ad O., Berol., Glog., Ratisb., Leucopetram.— Albic. in Anglia, ad Dresdam, Megalop., Berol., Glog., Neostreliciam, Ratisb.—Lepid: in Boh.,*

http://rcin.org.pl

*circa Vindob., Glog, Ratisb., Francof., Gunzenhausen.— Bland.: in Anglia, Hannovera, circa Berol., Friburgum., Neostr.— Alburn.: in Boh., ad Vindob., Francof. ad O., Glog., Dresdam, Neostr., Gunzenh., Ratisb.—Cytis.: in Hung., circa Schandau et Ratisb.—Krösm.: in Hannovera.—Luc.: circa Megalop., Berol, Glog., Francof., Dresdam, Ratisb., Vindob.— Apicist.: circa Ratisb., Vindob. ad Baden et in monte Schneeberga.—Trip.: ad Nixdorf, Francof., Glog.—Prox.: in Boh., Sax., Austria, Hung., ad Berol., Francof. ad O. et M., Glog., Ratisb — Vulg.: circa Vindob., Reichstadt, Dresdam, Glog.—Fugit.: ad Glog, Berol., Vindob., Neostr., Megalop. et in Saxonum montibus metalliferis.—Dod.: circa Berol., Glog., Reichstadt alibique.—Humer.: in Alpibus, circa Reichstadt, Glog., Vindob., Neostr.— Pict.: ad Ratisb., Megalop., Glog., Reichst., in Borussia, Anglia.—Murin.: ad Ratisb. et Vindob.—Artem.: circa Nixd., Glog., in Germ. – Rhomb.: in Anglia, Sax., Austria, Boh., ad Ratisb., Francof., Glog., Brunsvigam.—Obsol.: in Anglia, Austria etc.— Terr.: per omnem Europam.—Dist.: in Alpibus, Boh., Hung, ad Berol., Glog, Ratisb., Francof., Offenbach. — Solut.: in Hung., ad Vindob., Dresdam, Labacum, Ratisb.—Veloc.: in Helvetia, circa Francof., Ratisb., Dresdam, Berol., Glog.—Gall. ad Dresdam et Schandau, Vindob., Nixd, Glog., Ratisb., in Hung., in Alpibus.— Ping.: in Anglia, in Alpibus, ad Vindob., Nixd. et Reichst., Berol., Francof., Glog., Ratisb., Aug. Vindelic.— Caut. ad Nixd. et Reichst., Dresdam, Berol., Francof., Vindob.,, Neostr., Ratisb., Glog.—Musc.: in Austria, Boh, ad Glog.—Sororc.: ad Nixdorf, Ratisb. Aug. Vindelic. alibique per Germ.—Mann.: in Boh. ad Dresdam, Berol., Glog — Kining: Vindobonae in hortis.*

## Anacampsis *H.*

(*Gelechia.*)

**1160. Alacella** *Zell. Is. 199. „Alis anter. anthracinis, punctis disci 3 nigris obsoletissime albido-cinctis, maculis 2 posticis oppositis (interiore obsoletiore) punctoque apicis albidis; palporum articulo ultimo albo terminato. $6^1/_2$.'"* Posteriori similis. *HS. V. 191. f. 485.* Exemplar unicum 3 Julii in collinorum *Szyp* declivibus floridis (vide 998).

**1161. Coronilella** *Ti. „Alis anter. nigris nitidulis, maculis 2 posticis oppositis flavidis, punctis disci 3 obsoletissimis.“ Vix 6.'" Zell. Is. 201; HS. V. 193. f. 522; OT. IX. 2. 87.* Vagabatur frequenter vesperi 12. Junii et 3. Julii in collinorum *Szyp* herbosis una cum Alacella, Hufnagelii (ceterum vide: 1309 et 998).

**1162. Anthyllidella** *H. 330. „Alis anter. fusco-nigris, macula costali postica albida.“ $4^1/_2$.'" HS. V. 195. f. 525; Caliginosella FR. Zell. Is. 201.* Hucusque plura specimina in pratis intersilvaticis circa *R. g. et L.*, porro in vallibus montanis circa *W.* 18. Maji—24 Julii (sociis: 1253, 1005, 1192, 1180, 1187, 1146, 1145, 1055, 1163, 1165 etc.).

http://rcin.org.pl

**1163. Tenebrella** *H. 434.* „*Alis anter. unicoloribus nigris, cupreo-nitentibus, antennis nigris totis.*" 5.''' Coleophoris Mayrella et Alcyonipennella similis. *Zell. Is. 201*; *HS. V. 196*; *OT. X. 3. 216*. Speciem hanc legi in pratulo nemorali ad betulum *K.*, in floridis collinis *Szyp*, in herbosis betuleti *Lw.* et in montanis pratis circa *W.* Volat Junio, Julio (comitibus: 1309 553, 1163, 1162, 6 etc.), Satis frequens.

**1164. Vorticella** *Scop.* „*Alis anter. nigris, angustioribus, fascia angusta post medium recta nivea, infra ad costam pellucente.*" Minor posteriore; 5.''' *Zell. Is. 201*; *HS. V. 194*; *OT. 2. 104*. Hucusque semel exemplar unicum (sociis 1086 etc.) extremo Majo in Quercu in mixtis silvaticis circa *R. g.*

**1165. Ligulella** *SV.* „*Alis anter. nigris, latioribus, fascia angusta latioreve post medium basim versus plerumque subconvexa nivea, subtus ad costam pellucente.*" Plerumque major quam Vorticella; 4—6.''' *Zell. Is. 201*; *HS. V. 194*. *Cinctella H. 142*. Multam inveni eam in Quercubus ad marginem querceti *Ł.* in *R.* (sociis 1195, 1066, 1167 etc.), solitariam in silvis frondosis pratisque subsilvaticis aut apertis inter *L. et Wi.*, circa *R. g.*, *W. et J.* A fine Maji usque ad Julium.

**1166. Cinerella** *L.* „*Alis anter. unicoloribus griseofuscis nitidulis, omnino innotatis.*" 8.''' *Zell. Is. 198*; *H. 173, 437*; *HS. V. 200*; *OT. IX. 2. 81*. Invenitur copiose Junio, minore numero Julio, ubique in silvaticis et frutectis per omne terr. a planitie in elatiores montes usque (*Mag.*, *W. R.*).

**1167. Tripunctella** *SV.* „*Alis anter. lutescenti-cinereis, punctis disci tribus*". 7—9.''' *Priori similis. Zell. Is. 197*; *H. 217*; *HS. V. 202. f. 462*; *OT. IX. 2. 14*. Hucusque specimina plura inter virgulta in querceto *Ł. in R.* et in herbosis mont. vallium circa *Wołcze.* Julio (sociis 6, 1195 etc.).

**1168. Ferrugella** *SV.* „*Alis anter. ferrugineis, maculis 3 costalibus (vel fasciis 2 obliquis mediis maculaque apicis) strigaque ad ipsum limbum obscurioribus, punctis disci 3 fuscis.*" 5.'''— Macula prima parva ad $1/3$ continuatur saepe usque ad anterius par punctorum, quod omnino obtegit; secunda magna ad $2/3$ tangit punctum centrale percurritque saepe alam usque ad angulum

http://rcin.org.pl

analem, tertia in ipso apice umbram versus alae medium emittit. *Tr. IX 2. 19; Zell. Is. 197; HS. V. 137; Coriacella Koll. II. 233.* Copiosa sub finem Junii in nemore ad betuletum *K.* Insidet socialiter libentissimeque Filicibus et Pteridibus; ad eas etiam, si percussione excitata est avolavitque, cito affugit. Alibi circa *Leopolim* eam ad id tempus non conspexi.

**1169. Flammella** *Hüb. „Alis anter. croceis, lineolis longitud. vitellinis (ad basim 2, in medio 3, ante limbum 2) quasi in fascias tres digestis; angulo ani obsoleto“. 6‴ Zell. Is. 201; HS. V. 198; OT. IX. 2. 20; Formosella Hüb. 160.* Semel exemplar unicum in collinorum *Szyp* floridis declivibus 3. Julii (sociis: 1163. 1165. 998 etc.).

**1170. Gerronella** *Z. Is. 201. „Alis anter. luteis, fusconebulosis, plica ad basim, fascia media et antelimbali (interne convergentibus) obscurioribus, inter has macula costali pallidiore basim versus obsure marginata“. 4½‴ HS. V. 203. f. 464.* In excisis betuleti *Lwowiec* herbosis reperi 13. Julii duo spec. pulchra, quae tempore vespertino prope humum per flores vagabantur. (vide 776. .

**1171. Populella** *L. „Varians, alis anter. cinereis, fuscoconspersis, punctis disci nigris, fascia postica trifacta albida.“ 8½.‴ Zell. Is. 197; FR. 76. 77; HS. V. 191; OT. IX. 1. 242.* Communissima in arborum truncis, in sepimiinibus, hortis silvaticisque per cunctum terr. humilius. Variat magnopere aeque ac Ferrugana, Fissella, Vitella. Praeter varietates: Tremellam SV., Listerellam SV., Betulellam SV. illasque a Clariss. Zellerio in Iside descriptas, posideo plures alias, quibus omnes priores optime uniuntur. Volat Julio-Septembri.

**1172. Isabella** *FR. „Alis anter. unicoloribus pallide ochraceis, omnino innotatis.“ 7.‴ HS. V. 201, f. 457.* Hucusque semel spec. unicum 13. Julii (sociis 776 etc.) inter virgulta silvaticorum *Radłowice górne* tali loco, ubi variae arbores crescunt promiscue.

**1173. Scintillella** *FR. 77. „Alis anter. fuscis, limbum versus cupreo-tinctis, punctis disci et limbalibus nigris, puncto costali et opposito dorsali albidis.“ 6.‴* Coronillellae et Alacellae similis. *HS. V. 193.* Duo spec. (sociis 985, 1334, 1210 etc.) 11. Julii percussis Quercubus in mixto nemore ad betuletum *K.*

http://rcin.org.pl

**1174. Ericinella** *Zell. Is. 202.* „*Alis anter. rufis, juxta dimidium costale omnino passimve nigris, punctis limbalibus fasciisque 4 plumbeis (quarum mediae pone dorsum confluunt, quarta ad costam est alba).“ Vix 6.‘“ HS. V. 197; OT. IX. 2. 176. Micella Hüb. 2. 10.* Volat frequenter (comite Zieglerella) toto Julio per ericeta in fine silvarum *R. g.* ad dextram viae stratae pagum Szady versus ducentis.

**1175. Stipella** *H. 138.* „*Minima generis; alis ant. nigricantibus, plumbeo-mixtis, macula costali ante apicem albida, fascia pone basim, macula dorsi medii et centrali discoidali citrino-aureis.“ Vix 4.‘“ HS. V. 197; Naevulella Zell. Is. 202; OT. IX. 2. 124.* Reperitur quotannis raro in *Samboriae Leopolisque septis.* Exemplar unum excitavi semel de fruticibus in querceto supra *c. Liś.* Majo initioque Junii (sociis **1182. 1148. 1176. 994, 878** etc.).

**1176. Naeviferella** *Zell. Is. 202* „*Alis ant. nigricantibus, plumbeo-micantibus, macula una costali albida ad* $^3/_4$, *una majore in dorso medio unaque disci minima ad* $^2/_3$ *citrino-aureis.*“ Magnitudo prioris *HS. V. 196; f. 547.* Hucusque exemplaria duo *Samboriae* in pomariorum sepibus Majo (sociis **1086** etc.).

**1177. Micella** *SV.* „*Alis ant. fusco-aureis, punctis limbalibus guttisque 7 sparsis coeruleo-argenteis, (quarum tres anticae in strigam pone basim, duae mediae oblique in disco et dorso, duae posticae in costa et angulo ani sunt positae).“ 5½‘“ Zell. Is. 202; HS. V. 198. f. 543. Asterella Tr. IX. 2. 172.* Singula exempl. in Pyro malo in betuleto *Z.*, in silvae *R. g.* rubeto et in fruticoso alneto ad marginem piceti *Jedlina*; *30.* Junii, **19.** Julii et **1.** Aug. (sociis: **258, 748, 1103** etc.).

**1178. Hermanella** *Fabr.* „*Alis anter. aurantiaco-aureis, marginibus nigro-notatis, fascia ante medium pluribusque maculis sparsis strigisve longitudinalibus (una ex apice versus alae medium) argenteis.“ 4.‘“ Zell. Is. 202; HS. V. 198; OT. IX. 2. 174; H. 401. 402.* Venustum hunc papiliunculum cepi in pomario pagi *Modrycz* exemplaribus tribus inter zizania ibidem sub horreo crescentia, **11.** Augusti (sociis **1152** ete.)

**1179. Dissonella** *FR.* „*Alis anter. albidis, tenuissime fusco-irroratis, dimidio dorsali minori ad basim et angulum ani*

http://rcin.org.pl

*apiceque costae fuscescentibus, lineolis disci 2 longitud. versus apicem nigricantibus, puncto apicis atro.* 5.''' *HS. V. 200. f. 553.* Provenit solitarie in silvaticis circa *R. g., D. et Liś.* Julio (sociis: 460, 1167, 1195 etc.). Degit praecipue in Quercubus.

**1180. Dimidiella** *H.* „*Alis ant. vitellinis, costa ultra medium, limbo toto maculaque dorsi medii fuscis, pun ctis disci 3 nigris.*" 4½.''' *HS. V. 202; Zell. Is. 204.* Volat acervatim Junio initioque Julii per herbosa collinorum *Szyp* declivia (comitibus: 1074, 1078—1080, 1309, 998 etc.), porro in prato florido ad marginem betuleti *K.* (sociis 1183, 785 etc.). Interdiu socialiter in Thymo serp., Prunella vulg., Galio vero aliisque plantis delitescit.

(*Chelaria Haw.*)

**1181. Conscriptella** *H.* „*Alis anter. cinereis, passim obscurius nebulosis, macula costae mediae magna triangulari lineolaque apicis nigerrimis.*" 8½.''' *Zell. Is. 201; HS. V. 205.* Reperitur perraro sub finem Aug. in silvaticis *R. g.* (vide 674.), satis multa autem Sept., Oct. initioque Novembris ad betuleti *Z.* marginem. Viget in Corylis, Alnis, Salicibus, rarius in Pop. tremulis una cum pluribus speciebus ex generibus Teras, Gracilaria etc.

(*Recurvaria Haw.*)

**1182. Leucatella** *L.* „*Alis ant. nigricantibus, fascia pone basim lata, maculis 2 oppositis ante apicem, capite palpisque albis; punctis disci scabris et limbalibus atris.*" 6½.''' *Zell. Is. 199; HS. V. 205; OT. IX. 2. 101.* Frequens *Samboriae Leopolique* in hortorum sepiminibus, solitaria in silvaticis circa *R. g et J.* Volat Junio, Julio.

(*Metzneria Zell.; Parasia Dup.*)

**1183. Paucipunctella** *Metz.* „*Alis anter. fuscescentibus, tenerrime cinereo-irroratis, dorso ad basim, vitta ex basi media postice furcata fasciaque unangula antelimbali ochraceis, punctis vittae 4 distinctis liturisque 2 subcostalibus ad basim obsoletioribus nigris.*" *7—9.*''' Superior vittae ramus duo fert puncta interrumpitque fasciam antelimbalem; ramus inferior angulo ani finitur. In numerosis meis exemplaribus Haliciensibus praevalet color ochraceus, et alae in solis marginibus fusco-cinereo sunt irroratae. — *Zell. Is. 202; HS. V. 206. f. 557.* Volat gregatim (sociis 1180, 785

http://rcin.org.pl

etc.) prope *L.* in florido pratulo ad betuletum *K.*, rarius *Leopoli* in sepulcreto suburbii Łyczakow. Junio. Latitat interdiu inprimis in Gallio vero, quod vesperi, quando in conspectum venit, libentissime circumvolare solet.

**1184. Neuropterella** *FR.* „*Alis ant. luteis, obscurius venosis; palpis cinnamomeis.*“ 7.‴ *Zell. Is.* 202; *HS. V.* 207. *f.* 556. Specimina duo 21. Julii in herbosis excisi betuleti *Lwowiec* (simul cum 477, 499, 752, 810, 924, 1233, 1174, 1171, 1165, 1196 etc.). Volabat jam post solis occasum.

(*Enicostema Steph.*)

**1185. Lobella** *SV* „*Alis ant. fusco-cinereis, tuberculis lisci 3 ante, 2 pone medium nigerrimis.*“ 9.‴ *Zell. Is.* 197; *HS. V.* 143; *OT. X.* 3. 196. *Thunbergana Fabr. Hüb.* 238. Provenit solitarie initio Junii (sociis 878, 1193, 1253, 1254, 1268, 730, etc.) in fruticibus in dumetis vepretisque ad betuletum *Krzywczyce.*

*Alacella reperitur secus in Anglia, ad Dresdam, Ratisb., Berol., Francof., Glog., Rawicz in prov. Posnania, Reichstadt. — Coron et Anth. ad Dresdam et Schandau, Francof., Glog. alibique. — Tenebr: in Boh., ad Vindob., Glog., Dresdam, Neostr. — Vort.: in Anglia, Boh., Carniola, ad Berol., Glog. — Lig.: in Anglia, Germ., Boh., Austria. — Ciner.: in Anglia, Succia, Dania, Germ., Hung., Boh., Silesia, Alpibus. — Trip.: in Austria, Hung., Carniola ad Labacum, Alpibus et montibus Sudetis. — Ferrug.: ad Francof., Dresdam, Glog., Megalop. et Genevam, in Hung., montibus Austriacis, Alpibus. — Flam.: in Austria, Hung., ad Genevam. — Gerr.: ad Glog., Neostr., in Banatu Angliaque. — Pop.: per omnem Eur. — Isab: ad Neostr., Vindob., Friburgum, Liburnum Portum. — Scint.: in Germ. alibique. — Eric.: in Sax., Austria, Hung., Carniola, Boh., ad Lipsiam, Francof., Glog., Ratisb., Megalop —Stip.: in Anglia, Ukraina, ad Vindob., Ratisb. — Naevif.: in Anglia, Boh., ad Vindob., Berol., Glog., Francof. ad M., Ratisb. — Mic.: in Austria, Boh., Helv., ad Dresdam, Megalop., Berol. — Herm.: in Anglia, Palat. super., ad Hamburg, Dresd., Francof., Berol., Glog., Megalop., Ratisb., Nixdorf. — Diss.: in Anglia, Alpibus, Austria, ad Ratisb. — Dimid.: ad Vindob., Labacum, Glog., Dresdam, Ratisb. — Conscript.: in Anglia, ad Reichst., Francof., Neostr., Gedanum, Ratisb., Friburgum. — Leuc.: in Anglia, Gallia, Dania, Helvetia, Polonia, Austria, ad Rawicz in prov. Posnania, ad Berol., Francof., Ratisb., Aug. Vindelic., Reichstadt. — Paucip.: in Hung., Helvetia, ad Francof., Glog. — Neuropt.: in Anglia, Hung., ad Vindob. — Lobella: in Anglia, Hung., ad Friburgum, Ratisb., Francof., Reichstadt.*

## Roeslerstammia *Zell.*

**1186. Heleniella** *Kuhlw.* „*Alis anter. luteo-fuscis, nigro alboque irroratis, macula dorsi media diluta obsoleta; ciliis*

http://rcin.org.pl

*in medio albo-sectis, eorum linea dividente et apicali fuscis; capillis flavis.“ 5.‴ Zell. Is. 203; HS. V. 105. f. 346.* Exemplar unum in Quercu ad querceti *B.* marginem 29. Sept. (comitibus **1206, 1171, 1121, 1115, 1013, 921-918, 914, 911, 910, 906, 905, 874, 877, 855, 853, 498, 591, 242, 239, 25, 12, 4**).

**1187. Cariosella** *Zell. Is. 203. „Alis ant. albis, striolis transversis obscurius —, maculis pluribus (saepe confluentibus fasciasque mentientibus) dilutius-ochraceis; ciliis in medio albo-bidivisis, lineis eorum duabus dividentibus et apicali fuscis; capite niveo.“ 6.‴ HS. V. 105; Reticulella Tr. IX. 1, 233. H. 171.* Invenitur satis frequenter a fine Maji usque ad Julium in subsilvaticis pratulis circa *L.* et in apertis herbosis betuleti *Lwowiec* circa pagum *R. g.* (sociis **1253, 1280, 1022** etc.).

**1188. Erxlebeniella** *Zell. Is. 203. „Alis ant. ac thorace aeneo-aureis innotatis, poster. et abdomine fuscis, capillis ferrugineis, antennis nigris apice albis, ciliis innotatis.“ $6^1/_2$.‴ Chrysitella Tr. IX. 2. 114; HS. V. 137. f. 355.* Specimina duo in Tiliis *Leopoli* 6. Maji (sociis **1059, 491, 550, 547, 623, 564, 782** etc.).

*Heleniella occurrit secus circa Berolinum, Francof. ad M., Polska-Łysa in prov. Posnania. — Carios: in Alpibus usque ad 7000‘, hinc inde in Saxonia et Bohemia. — Erxleb.: ad Vindob., Gottingam, Glog., Leucopet., Reichst., in Helvetia.*

## Glyphipteryx *Hüb.*

**1189. Bergstraesserella** *F. „Alis anter. aureis, marginibus anguste nigricantibus, strigulis 6 costae et 3 dorsi albis interne coeruleo-argenteis (quarta costali ab apice cum anteanali confluentibus), maculis 4 posticis laete coeruleo-argenteis, nigrocinctis; ciliis in apice et ad angulum analem nigricantibus, ceterum albis.“ $6^1/_2$.‴ FR. 81; HS. V. 92; Vibratricella Zell. Is. 203; Linneella Hüb. 436.* Volitat copiose sub finem Maji *initioque Junii* (sociis 993, 1086, 1190, 863 etc.) per densa Populi tremulae fruticeta in betuleto *Lwowiec.* Circa *L.* annis 1859, et 1860. rarissima erat.

*Secus in Alpibus, Regno Wurtemb., circa Schandau Ratisb., Glog. Vindob.*

## Aechmia *Tr.*

**1190. Oculatella** *Zell. Ent. Z. 1850. p. 157. „Alis ant. obscuris aurato-fuscis, hamulis 5 costalibus strigisque dorsi duabus*

http://rcin.org.pl

*(anteriore media magna, posteriore anali minuta) albis, macula apicali rotunda nigra argenteo-pupillata, puncto ad incisuram pluribusque pone angulum ani argyreis.*" $4^1/_2$.''' Strigae dorsales mediae in alis non distensis ita convergunt, ut lunam mediam basim versus convexam efficiunt. — *HS. V. 93. f. 265.* Volitat eodem ac prior tempore in betuleto *Lw.*, in fruticosis silvaticisque mixtis circa *L.* et in querceto *P. R.* Degit similiter ac prior in fruticibus.

**1191. Thrassonella** *Scop.* „*Alis ant. aurato-brunneis, strigulis 6 costalibus (quarta et quinta alam percurrentibus) albidis interne coeruleo-argentatis, macula una apicis innotata rotunda, una anteanali longitudinali rubido-argyreo tripustulata atris, puncto ad incisuram coeruleo rubidove-argenteo.*" 5—6.''' *Zell. Is. 203; HS. V. 93; Equitella Tr. IX. 2. 71; FR. 83; H. 223. 431.* Innumerosam reperi eam 4. Junii 1856. in pratulo humido in querceto *P.* Volat praeterea satis multa toto Junio in pratis humidis inter *L. et Wi.*, circa *R. g. et D.*

*Oculatella reperitur secus in Italia, ad Brunsvigam. — Thrass.: in Anglia, Gallia, Carniola, Bohemia, Austria, Silesia, Saxonia.*

## Tinagma *Zell.*

**1192. Perdicella** *Ti.* *Alis ant. nigricantibus, tenerrime albo-irroratis, dimidio basali postice albo-marginato, fascia maculare indeterminata ad ³/₄ apiceque obscurioribus.*" *Vix 5*''' *Zell. Is. 204; FR. 83; HS. V. 259.* Hucusque specimina tria in herbosis betuleti *Lw.* et collinorum *Szyp* Junio (sociis $425^1/_2$, 904, 1309 etc.).

**1193. Borghauseniella** *v. Heyden HS. V. 251.* „*Alis ant. nigro-plumbeis, tenerrime cum ciliis albo-nigroque irroratis.*" *4.*'''—Macula dorsalis albida, quam Clariss. Schäfferius commemorat, meis speciminibus, localibus verisimiliter varietatibus, deest.— Aliquot exemplaria Junio (sociis 878, 1185, 1253 etc.) prope *L.* in dumosis floridisque ad betuleti *K.* marginem.

**1194. Saltatricella** *FR. 84. HS. V. 260.* „*Alis ant. fusco-cupreis, nitidis; ciliis innotatis. Magnitudo prioris.* — Exemplar unum 5. Junii (socis 1300 etc.) inter frutices marginales silvarum circa pagum *Radłowice górne.*

*Perdicella reperitur secus in Bohemia, Saxonia etc. — Balt.: ad Francof. ad M, Ratisb. — Saltrat.: circa Vindob., Ratisb., Neostreticiam.*

http://rcin.org.pl

## Argyresthia *Hüb.*

### 1195. Dieduszyckii sp n.

„*Minuta; capillis niveis, alis anterioribus nitidissimis fusco-caesiis, dorso subanguste obsolete-argyreo, antice transverse fuscescenti-strigulato, postice fascia lata fusca interrupto, strigulis 3 costalibus mediis albis.*"

Lautissimum hunc papiliunculum minutulum dedico Illustrissimo **Vladimiro** Comiti **Dzieduszycki**, Zoologo, quippe qui locupletissimum pulcherrimumque avium Austro-Haliciensium museum Leopoli instituerat.

Unicum exemplar pulchrum, quod hucusque invenire mihi contigit, 2. Julii in coll. ditione *Rakowiec* prope pagum *Dobrowlany* detexi. Delitescebat ibidem in altioribus ramis Quercus in margine vetustissimi querceti, quod frequentibus Alnis, Populis Corylisque est intermixtum et ab incolis speciali nomine *Łuh* vocatur. In hoc querceto eique adjacenti humido prato foenario *Stawki w łuhu* collegi eodem die sequentia lepidoptera: 1326, 1308, 1288, 1263, 1250, 1218, 1211, 1204-1206, 1196, 1191, 1179, 1165-1167, 1149, 1113, 1103, 1069, 1066, 1056, 1045, 1012, 972, 968, 947, 928, 901, 891, 884, 877, 873, 870, 847, 843, 836, 828, 822-824, 817, 803, 801, 800, 796, 788, 777, 778, 774, 769, 766, 764, 755, 758, 757, 754, 750, 749, 747, 737, 727, 708, 702, 695, 685, 681-683, 677, 670, 664, 663, 659, 656, 627, 625, 589, 587, 581, 565, 438, 431, 406, 319, 186-188, 197, 179, 170, 150, 136, 105, 98, 93, 83, 67, 64, 47, 33, 19, 16. Mense Augusto iterum in pagum *Dobrowlany* excucurri; lepidoptera tunc inventa speciei 266 adjeci.

Inter meas Argyresthias nullam posideo speciem, quacum Dzieduszyckii bene comparari possit. Ex omnibus aliis Argyresthiis, quae in variis describuntur operibus, sola Glaucinella (Zell. Isis 1839 pag. 205 et Linnaea Entom. 1847, vol II. p. 265; HS. V. 277) meo specimine Haliciano magnopere se appropinguat.

Minima inter Argyresthias; tota latitudo vix 4''', long. corporis $1^{6}/_{12}$'''

Capilli nivei; frons argyrea, nitida. Antennae albidae nitidae in-annulatae, costa breviores; articulus basalis incrassatus lutescens. Palpi graciles, penduli, exalbidi, nitidi. Scapulae fuscescentes. Pedes calcarati, pallide straminei, nitidi, extrorsum fuscescenti-fasciolati, tarsi obsoletissime annulati. Abdomen fuscum; anus lutescens. De colore thoracis, qui acu omnino est laesus, nihil certi afferre possum.

http://rcin.org.pl

Alae anteriores $1^9/_{12}'''$ longae et $^6/_{12}'''$ latae, nitidissimae fusco-caesiae, per medium et ad apicem subobscuriores. Color fundi est argenteus et bene conspicitur, si alae in certam diriguntur partem.

Vitta dorsalis subangusta albida est obsoletissima passimque tantum conspicitur. Ad basim magis quam postice coarctatur, plicam versus inacutius quam apud alias Argyresthias determinatur, in parte basali 5 strigulis transversis rivulisve subobsoletis fuscescentibus dissecatur, in medio vero fascia fusca interrumpitur. Pars ejus inter fasciam et angulum analem, in maculam albidam dilatata, bene est conspicua continuaturque indeterminate et obsolete versus alarum medium, quae hic similiter ac ad basim paulo sunt dilutiores.

Fascia lata fusca, dorsum interrumpens, est subverticalis ascenditque distincte in ipsam costam mediam, ubi utrimque magis obscuratur maculasque duas rotundatas nigricantes efficere videtur. Latera ejus paralella in dorso sunt verticalia, superne autem subtiliter in costae partem apicalem se convertunt. Ante fasciam invenitur in costa basim versus iterum locus obscurior, qui maculam tertiam mentitur et obsoletius usque ad inferius fasciae dimidium continuatur, quam ob rem haec superne ampliata, versus marginem interiorem autem coarctata esse videtur.

In media costali parte tertia dantur tres strigulae albae, ad dorsum vergentes. Ambae priores magis distantes sejunguntur fascia media, quam similiter ac apud Tetrapodellam utrimque in costa simul determinant. Strigula tertia est magnopere secundae appropinguata efficitque cum ea strigulam geminatam. Pars costae apicalis, quae apud Cojugellam una, apud Tetrapodellam tribus est insignita strigulis, in specimine meo omnibus vacat signaturis nullaeque hic conspiciuntur strigulae, etiamsi alae in diversissimas diriguntur partes.

Alae posterioros lanceolatae, nitidulae, grisescentes.

Cilia alarum anteriorum in parte apicali fusca, ad angulum analem grisea; posteriorum omnino grisea.

Pagina inferior alarum anteriorum est nigrescenti-fusca; in dorso earum medio pellucet macula obsoletissima exalbida, qua media paginae superioris fascia indicatur; ceterum nullae dantur hic signaturae. Alae posteriores omnino innotatae, anterioribus paulo dilutiores.

Differt igitur ab Glaucinella Zelleriana sequentibus praecipue characteribus:

*a*) capillis niveis, qui apud Glaucinellam sunt exalbidi;

*b*) fronte argyrea capillis obscuriore, quae apud Glauc. albidior est capillis;

*c*) antennis albidis inannulatis, quae apud Glaucinellam obsolete fusco sunt semiannulatae;

*d*) fascia media distinctissime usque ad costam continuata, quae apud Glaucinellam vix alae dimidium attingit.

**1196. Nitidella** *Fabr.* „*Capillis ac thorace niveis; alis*

*

http://rcin.org.pl

*anter. nitidis pallidis, apice obscuriore, dorso niveo fascia in apicem conversa cinnamomea interrupto, vitta disci ex media basi cinnamomea. 5.‴ Zell. Linn. II. 250 et Pruniella Is. 204 var. a; Maritella FR; HS. V. 275.* Copiosa Julio initioque Aug. ubivis in dumosis, prunetis silvaticisque per cunctum fere terr. perlustratum. 26 Julii vidi eam frequentem in superioribus Fagi regionibus in monte *Huśla.*

**1197. Tetrapodella** *L.* „*Capillis ac thorace niveis; alis anter. fusco-caesiis, basi ochracea, costa albo-maculata, dorso niveo fascia fuscescenti (in costa utrimque albo-signata) interrupto.*“ *5.‴ Conjugellae similis. Zell. Is. 205 et Linn. II. 262; HS. V. 277. Mendicella Haw; Caesiella Tr. IX. 2. 157.* Vulgaris Junio Julioque ubique locorum in vepretis et frutectosis ad margines silvarum in promontoria usque.

**1198. Pruniella** *L.* „*Capillis ac thorace niveis; alis anter. nitidis, ferrugineo-ochraceis, costa punctulata, strigulis costae ante apicem 3-4 pallidis, dorso niveo postice fascia parum obliqua cinnamomea interrupto.*“ 4½.‴ *Zell. Is. 204. var. b et Linn. II. 243; HS. V. 276; OT. IX. 2. 156; Ephippella Fabr.* Vulgatissima Julio iisdem ac prior locis per omne terr. humilius.

**1199. Conjugella** *Zell. Is. 204 et Linn. II. 258; HS. V. 279.* „*Capillis ac thorace flavidis; alis anter. cinereo-brunnescentibus, violaceo nitidulis, dorso fascia brunnea interrupto exalbido, striga costae ante apicem maculari exalbida.*“ 5½.‴ Ultimis diebus Maji initioque Junii inveni aliquot exempl. (sociis 256 etc.) in betuleti *Z.* diversis arboribus marginalibus.

**1200. Spiniella** *FR.* „*Capillis ac thorace niveis; alis anter. violaceo-cinnamomeis, dorso niveo semel distinctissime interrupto, strigulis costae ante apicem duabus albidis subobsoletis.*“ *6.*″ *Zell. Linn. II. 254 et Is. 204; HS. V. 276.* Invenitur satis frequenter ad margines silvarum *R. g.* in Quercubus, quae socialiter incolit. Plura spec. obvia mihi fuerunt etiam in fagetis promontoriorum *Bubniszcze.* Volat Augusto. Quoad consocios videant lectores species 532, 85, 674.

**1201. Fagetella** *Moritz.* „*Capillis ac thorace niveis; alis anter. fuscescenti-ferrugineis, violaceo-micantibus, dorso angustius*

http://rcin.org.pl

*niveo semel interrupto.“ $4^3/_4$.‴ Zell. Is. 204 et Linn. II. 256; HS. V. 278.* Satis multa in nemore ad betuletum *K.*, ubi socialiter praecipue Fagos inhabitat. Sub finem Junii (sociis **151**, **1242**, **1083** etc.).

**1202. Denudatella** *FR.? „Alis anter. unicoloribus, osseo-albis, subargenteis, limbo ciliisque lutescentibus.“ 4.‴* Semel spec. unicum 25. Maji *Samboriae* in Pyro malo. — A Celeberrimis Zellerio et Schäfferio Denudatella *FR.* pro Nitidellae habetur varietate. Specimen meum, quod Amicissimus mihi Mann pro Denudatella *FR.* habet, vix qua varietas cum Nitidella conjungi potest. Melius cum eo Ismene Ossea *Stephens* (*„Alis ant. osseo-albis, lucidis, subargenteis, stria obbreviata tenuissime obliqua ciliisque lutescentibus“*) congruere videtur, de qua Clariss. Zellerius in *Linnaeae Ent. vol. II. p. 254* in adnotatione tertia facit mentionem.

**1203. Fundella** *Ti. „Capillis et thorace niveis; alis anter. albis nitidulis, fuscescenti transverse striolatis, striolis apicem versus densioribus, puncto apicis nigro.“ 4.‴ HS. V. 273; Zell. Is. 205 et Linn. II. 267; OT. X. 3. 211 et 294.* Specimen unum inter frutices in mixtis silvaticis *R. g.* 23. Junii (sociis **561** etc.).

(*Argyrosetia Stephens.*)

**1204. Cornella** *Tr. IX. 2. 162. „Capillis, thorace alisque anter. niveis nitidulis, his rare brunneo transverse striolatis, macula dorsi prope basim, fascia media apiceque brunneis.“ 5.‴ Curvella L.; Sparsella SV.; HS. V. 274; Zell. Linn. II. 273 et Is. 205.* Vulgaris Julio in silvaticis circa *L.*, *R. g.*, *D.*, porro in pometis *Samboriae.*

**1205. Retinella** *Zell. Is. 205 et Linn. II. 269; HS. V. 273. „Capillis ac thorace niveis; alis anter. albis nitidulis fuscescenti transverse striolatis, striolis in disco, praecipue post medium et in apice congestis, puncto apicis nigro.“ Vix $4^1/_2$.‴ Fundellae simillima.* Aliquot exemplaria sub finem Junii Julioque in silvaticis pagorum *Rak.*, *R. g.*, *et H.*

**1206. Goedartella** *L. „Capillis ac thorace pallidis; alis anter. nitidissimis niveis, fasciis 3 aureis, prima integra, secunda antice late furcata, tertia limbali maculas duas albas includente.“ Vix 6.‴ HS. V. 274; Zell. Linn. II. 282 et Is 205; OT.*

http://rcin.org.pl

*IX*. 2. *162*. Apparet copiose Junio volatque decrescente numero usque ad Novembrim. Legi eam in variis silvis frondosis per cunctum terr. usque ad montanas regiones. Querceta libentissime incolit, rarius betuleta silvulasque aut frutecta Alni glutinosae. Varietates omnino aureae rarius inveniuntur.

*Nitidella provenit secus circa Vindob., Glog., Neustadt - Eberswalde — Tetrap.: in Galia, Anglia, Suecia, Liv., ad Dresdam, Francof., Ratisb., Glog., Reichstadt — Prun.: certe ad Vindob., Aug. Vindelic., Nixdorf, Glog., — Conjug.: circa Vindob., Reichst. et Nixd., Kreisewitz et Glog., porro in Liv. — Spiniella: in Livonia, ad Vindob., Reichst., Warmbrunn in Silesia — Faget.: circa Posnaniam, Glog., Salzbrunn, Reichst. et Nixd., Brunsv., Fr. a. O. — Fund.: in Livonia, circa Gedanum, Dresdam, Ratisb., in montibus Silesiacis, ad Reichst. — Corn.: circa Londinum, Ratisb., Dresdam, Schandau, Gedanum, Reichst. et Nixd., Vindob., in Helvetia, porro in prov. Casanensi et Orenburg — Ret.: circa Glog., Gedanum, Schandau, Ratisb. — Goed.: per cunctam mediam localiterque et bor. Eur.*

## Cedestis *Zeller*.

**1207. Gysseleniella** *Kuhlw*. „*Capillis ac thorace griseis; alis ant. subopacis albis, griseo-pulvereis, fasciis 3 luteis, prima prope basim, secunda distincta ante, tertia indeterminata post medium.*" *Vix 6.*''' *Zell. Zs. 205 et Linn.II. 295; HS. Y. 279.* Plura spec. 12. Junii simul cum posteriore in Pinis silvestribus.

*Volat secus in Liv., ad Dresdam, Salzbrunn, Glog., Vindob., Reichst. et Nixd.*

## Ocnerostoma *Zeller*.

**1208. Argentella** *L*. „*Alis anter. nitidis cinereis, innotatis, capillis cum antennis cinereis.*" *5.*''' *Piniariella Zell. Linn. II. 299 et Is. 205; HS V. 283.* Plura spec. in collinorum *Szyp* Pinis silv. 12. Junii (sociis 1207, 1150, 996, 1299, 1264, 1309 etc.).

*Occurit secus in Livonia, circa Dresdam, Francof. ad M. et O., Berol., Glog.*

## Coleophora *) *Hübner*.

(*Metallosetia Steph.*)

**1209. Mayrella** *H. Zell. Is. 206. et Linn IV. 200; HS. V. 229.* „*Palporum articulo ultimo crassiusculo, antennis dimidiis*

---

*) *Omnes Coleophoras adductas collegi sub vesperum, quo tempore sua volant sponte, in herbosis floridisque illorum locorum, quae circa singulas species commemoravi. In quibus plantis hae species vigent vel libentissime commorantur notare ad id tempus neglexi.*

http://rcin.org.pl

*fere chalybeo-pilosis, ceterum niveo atroque annulatis; alis anter. orichalceis, nitidis, apice cupreo.*" $6^1/_2$.''' Provenit solitarie Junio initioque Julii in silvaticis circa *R. g. et L.*

**1210. Deauratella** *Lienig.* „*Antennis supra articulum basalem per squamas breviter incrassatis, ceterum nigris, apice albo; anter. orichalceis nitidis, apice cupreo.*" *5—7.*''' *Alcedinella FR.; HS. V. 329; Zell. Linn. IV. 204.* Frequens Junio Julioque in silvaticis inter. *L. et Wi.* In pago *R. g.* obvium mihi fuit per 6 annos exemplar unum.

**1211. Alcyonipennella** *Koll. Antennis articulo basali incrassato, articulis sequentibus vix incrassatis, ceterum fuscis, apice albo; alis anter. orichalceis, nitidis, apice cupreo.*" *Vix* $5^1/_2$.''' *Zell. Is. 208 et Linn. IV. 208; HS. V. 229.* Reperitur Junio Julioque per terr. cunctum usque ad montanas valles. (*Wołcze etc.*). In pago *R. g.* frequens, alibi rarior.

**1212. Trochilipennella** *Costa. Zell. Linn. IV. 204.* „*Antennis ad medium usque chalybeo-pilosis, ceterum albis; alis ant. orichalceis nitidis, apice cupreo.*" $5^1/_4$.''' Exemplar unicum (comitibus: 1210 1268 etc.) 10. Junii in dumeto pone betuletum *K.*

**1213. Paripennella** *FR. HS. V. 230; Zell. IV. 211.* „*Antennis supra articulum basalem crassiusculum nitidulum non incrassatis fuscis, apice albo; alis ant. metallice fusco-virescentibus.*" $4^1/_2$.''' Invenitur solitatim sub finem Maji totoque Junio circa *R. g. et L.*

(*Porrectaria Haw; Eupista H., Apista H., Coleophora H., Astyages St.*)

**1214. Fuscedinella** *Zell. Linn. IV. 383; HS. V. 231.* „*Antennis albidis, fusco annulatis, apice albido, articulo basali brevi incrassato fusco; alis ant. fuscis vix schistaceo-nitidulis, grosse squamatis.*" $5^1/_2$.''' Semel exemplar unicum ad betuleti *K.* marginem 23. Junii (simul cum: 1213. 1304. 759. 258. 215 etc).

**1215. Lividella** *Mann. Albitarsella Zell. Linn. IV. 378; HS. V. 230.* „*Antennis candidis, fusco annulatis, apice longe albo, articulo basali subpenicillato, pluribus flagelli articulis primis capiteque nigricantibus nitidis; pedibus fuscis, tarsis sericeo-exalbidis; alis ant. schistaceo-fuscis nitidis, innotatis.*" $5^1/_2$.''' Similis est Coracipennellae, Paripennellae et Laricellae. Specimina duo



http://rcin.org.pl

in betuletis *Lwowiec et Krzywczyce* Junio (comitibus **460**, **1268**, **1185**, **1210**, **1212**, **1297** etc.).

**1216. Laricella** *Hüb.* „*Antennis unicoloribus fusco-cinereis, articulo basali subincrassato sine penicillo; alis ant. fuscescenti-cinereis nitidulis.*" 5.'" *Zell. Is. 208 et Linn. IV. 376; HS. V. 230.* Unicum exemplar in betuleto *Zubrze* 3. Junii (sociis: **21**, **28**, **27**, **35**, **143**, **187**, **188**, **266**, **299**, **320**, **405**, **413**, **427**, **483**, **484**, **531**, **609**, **615**, **623**, **639**, **655**, **700**, **728**, **729**, **734**, **745**, **749**, **764**, **767**, **774**, **778**, **783**, **800**, **802**, **803**, **828**, **850**, **873**, **875**, **888**, **895**, **900**, **902**, **937**, **947**, **948**, **1026**, **1027**, **1030**, **1051**, **1052**, **1136**, **1163**, **1197-1199**, **1200**, **1222**, **1274**, **1294**, **1313**, **1315** **1327**.)

**1217. Coracipennella** *Hüb.* „*Antennis totis albo nigroque variis, articulo basali murino; palpis crassiusculis; tibiis posticis externe cum ciliis griseis, interne cum tarsis pallidis; alis ant. schistaceo-fuscis.*" 6½.'" *Zell. Is. 208 et Linn. IV. 379; HS. V. 232.* Singula exemplaria in betuleto *Lw.* et in querceto pone *c. Liś.*; 8 et 16 Junii (sociis **878**, **1014** etc.).

**1218. Orbitella** *Zell. Linn. IV. 385; HS. V. 232.* „*Antennis albis fusco-annulatis, apice albo, articulo basali graciliore fusco; oculis superne albido-marginatis; alis ant. dilutius fuscis laevigatis.*" 5—6.'" Extremo Junio initioque Julii exemplaria **4** in pagis *R. g. et D.* (sociis **460**, **1195**).

**1219. Serenella** *Ti.* „*Antennis albis, fusco annulatis, supra basim breviter pilosis, articulo basali penicillum longitudine superante; alis ant. dilute flavis, postice saturatis, lineis tribus niveis nitidulis tenuissimis, costali latiore.*" 6.'" *Zell. Linn. IV. 269; Ornix gallipennella Tr. X. 2. 215; HS. V. 240.* Spec. duo inter frutices collinorum *Mostki* 4. Junii (sociis: **432**, **892**, **1240**, **195** etc.)

**1220. Alticolella** *Mann.* „*Antennis albis, articulo basali grisescente albidove sine penicillo; palporum fasciculo dimidium articulum terminalem subaequante; alis anter. sublaevigatis lutescentibus, venis postice subobscurioribus, costa dimidia angustissime alba.*" 4½.'" *Cespititiella Zell. Linn. IV. 341; HS. V. 248.* Semel exemplar singulum in querceto pone *c. Liś.* **30**. Junii (simul cum **690** etc.).

**1221. Lacunicolella** *Mann.* „*Antennis albis, obsoletis-*

http://rcin.org.pl

*sime griseo-annulatis, articulo basali albido sine penicillo; palporum fasciculo dimidium articulum terminalem subaequante; alis anter. exalbidis laevigatis impunctatis, venis distinctioribus lutescentibus, costa tenuiter albida.“ Vix 5.'" Zell. Linn. IV. 343; HS. V. 251.* Vulgaris Junio Julioque circa *R. g. et L.*

**1222. Niveicostella** *FR. „Antennis albis, articulo basali incrassato, non penicillato, subochraceo; palporum fasciculo articulum terminalem subaequante; alis anter. luteo-ochraceis, linea costali ex basi, tenui, postice ampliata, nivea.“ 6.'" Zell. Is.* 208 et *Linn. IV. 299; HS. V. 236.* Frequens toto Junio circa *R. g. et L.*

**1223. Albicostella** *Dup. „Antennis albis fusco-annulatis, articulis flagelli tribus primis luteo squamatis, penicillo articuli basalis lutei brevi acuto; alis ant. ochraceis, juxta vittam costae niveam brunnescentibus.“* 6.'" *Zell. Linn. IV. 275; HS. V. 237.* Niveicostellae similis. Exemplar unum in silvaticis inter *L. et Wi.* 22. Junii (sociis 335 etc.).

**1224. Lutipennella** *Zell. Is. 208. et Linn. IV. 398, HS. V. 235. „Antennis albis brunneo fuscove annulatis totis, articulo basali incrassato brevi flagellique basi lutescentibus; alis ant. grosse squamatis luteo-ochraceis; poster. griseis, ciliis dilutioribus.“ 6.'"* Volat satis multa Junio ubivis circa *Radłowice górne et Leopolim.*

**1225. Oriolella** *FR. „Antennis albis fusco annulatis, supra basim breviter pilosis, penicillo ochraceo breviusculo articulum basalem longitudine aequante; alis anter. dilute flavis, lineis tribus (una costali) niveis nitidulis tenuissimis.“ 6.'" HS. V. 240. Flaviella Zell. Linn. IV. 258.* Singula exempl. ad *R. g.* et in monticulo *Cz. sk.*; 29 Maji, 8 Junii, 11 Julii (sociis 1086, 425$^1/_2$, 985 etc.)

**1226. Obscenella** *FR. „Antennis albis distinctius fusco-annulatis, apice albido, penicillo nullo; palporum fasciculo dimidium articulum terminalem subaequante; alis ant. latiusculis acutis albidis passim fusco squamulatis, venis omnibus dilatatis luteis, linea costali tenui alba.“ 5$^1/_2$.'" HS. V. 256. Granulatella Zell. Linn. IV.* 371 Unicum exemplar circa *R. g.* 30. Junii simul cum 460 etc.

**1227. Binderella** *Koll. „Antennis albidis, annulis fuscis ante apicem evanescentibus, articulo basali brevi incrassato fusco;*

http://rcin.org.pl

*alis ant. luteo-fuscis vel brunneo-luteis grossius squamatis.*" 5.''' *Zell. Is. 208 et Linn. IV. 388*; *HS. V. 232.* Plura spec. in alnetis ante silvas in pago *R. g.* Julio.

**1228. Lusciniaepennella** *Tr. IX. 2. 213* „*Antennis niveis nigro fuscove annulatis totis, articulo basali graciliore fuscescenti; alis laevigatis, maris obscure griseis, feminae dilutius ochraceo-griseis.*" *Vix 6.''' HS. V. 233*; *Zell. Is. 208 et Linn. IV. 390.* Provenit solitarie Junio Julioque circa *R. g. et L.*

**1229. Limosipennella** *FR.* „*Antennis albo fuscoque annulatis, apice albido, articulo basali incrassato brevi; alis ant. fusco-luteis, costa vittae instar albida.*" *6.''' Zell. Linn. IV. 406*; *HS. V. 235. Diluticostella Mann.* Vulgaris circa *Radłowice górne et Leopolim.* Volat per totum Junium.

**1230. Zelleri** *sp. n.*

„*Antennis flagello albo fuscoque annulato, apice albido, articulo basali incrassato non penicillato, capite, palpis thoraceque aureolis; alis anterioribus nitidis luteis, passim schistaceo-squamulosis, costa nihilo insignita alis concolore, puncto disci ad* $^3/_4$ *fusco; alis post. dilutius schistaceis; ciliis alarum omnium cinereis.*"

Novam hanc Coleophoram, quam Celeberrimo Professori **P. C. Zellerio**, Viro de Entomologia meritissimo, dedicare audeo, 21. Julii in collina ditione *Radłowice górne* detexi, quum ibidem florida silvulae betulineae *Lwowiec* loca excisa perscrutabar. Unicum specimen pulchrum, quod mihi tunc invenire contigit, tempore vespertino cepi, quum sua sponte varios per flores in societate Conspicuellae, Microdactylae, Spilodactylae aliarumque specierum Zonosomae Poratae adjectarum vagabatur.

Inter centum et quinque Coleophoras, quas Clarissimus Zellerius in Linnaeae Entomologicae volumine quarto describit, certe nulla invenitur species, cujus descriptio in exemplar meum ad unguem quadraret et cum qua id posterius saltem qua varietatem conjungere possem. Aliquot characteribus, nisi fallor, species mea Unipunctellae *FR.* proxima esse videtur; ex Coleophoris meae collectionis vero Zelleri cum Limosipennella *FR.* remotiorem habet similitudinem.

Antennae distinctissime sunt albo fuscoque annulatae, apice vero longiuscule albent. Articulus basalis non penicillatus, dimidio fere longior quam latus, squamis appressis aureolis incrassatur. Articuli flagelli

http://rcin.org.pl

basales aeque ac articuli superpositi sunt graciliores, alternatim albi et fusci nullibique lutescentes gerunt squamas. Longitudo denique antennarum tres quartas costae partes non excedit.

Frons capilli et palpi aureola; hi sunt graciles, externe subfumati, articulus eorum penultimus breviusculam fert barbulam capiti concolorem, quae articuli terminalis basim vix excedit. Pedes sericei, omnino straminei. Abdomen fuscum; anus lutescens. Latitudo papiliunculi extensi $5^6/_{12}$,''' longitudo corporis 2.'''

Alae anteriores acuminatae apice vix subfalcato, $2^8/_{12}$''' longae et $^6/_{12}$''' latae, grossiuscule squamatae; nitidae, luteae, passim schistaceo-adspersae. Lineolae disci longitudinales hic nullae dantur, similiter et costa, disco omnino concolor, nihilo est insignita. Post disci medium conspicitur dorso propius quam costa punctulum fuscum, quo specimen meum Unipunctellae se appropinguat, ab ea vero et reliquis affinibus costa neque albida neque lutescente differt

Alae posteriores acuminatae, pallide schistaceae nitidulae innotatae. Cilia alarum omnium unicolora cinerea innotata, juxta dorsum longissima. Pagina denique inferior alarum omnium schistacea, subnitidula.

**1231. Albifuscella** *Zell. Is. 206. et Linn. IV. 294*; „*Antennis non penicillatis albis (interdum cinereo subannulatis), infra lutescenti pilosis; palporum fasciculo articulum terminalem excedente; alis ant. nigro-fuscis, linea costali nivea.*“ $9^1/_2$.''' *HS. V. 238.* Reperitu solitarie in declivibus silvigerorum collinorum inter *L. et Wi.* Majo simul cum **689. 825 1112 499** etc.

**1232. Gallipennella** *H. Zell. Linn. IV. 263 et Is.* **207**; *HS. V. 237; OT. IX. 2. 215.* „*Antennis albis subtus fusco-punctatis, penicillo exalbido longiore; alis ant. dilute flavis, postice ferrugineo-brunneis, costa lineaque plicali angustis niveis.*“ 9—10.''' Elegantem hunc papiliunculum inveni sub finem Junii initioque Iulii 4 speciminibus in silvaticis inter *L. et Wi.* Uno tempore volant etiam species 1338. 1242. 1137. 1104. 1083. 1081. 1088. 1089. 967. 945. 832. 812. 841. 842. 807. 687. 679. 626. 481. 424. 439. 479. 343. 310. 243. 130. 151. 153. 70. 27. 22. etc.

**1233. Conspicuella** *Mann. Zell. Linn. IV. 236 et Is. 207. ?; HS. V. 244.* „*Antennis albis nudis, penicillo basali longo pallidissime ochraceo; alis ant. pallidis, lineis 4 argenteis: prima juxta costam mediam obliqua, secunda disci postica brevi rectiuscula spatium interjectum brunnescens marginante, tertia plicali, quar-*

http://rcin.org.pl

*ta dorsali.*" *Vix. 9.*"' Semel exemplar unicum 21. Julii (sociis: 477. 810. 924. 1184 etc) in exicisis betuleti *Lwowiec.*

**1234. Ornatipennella** *Hüb.* „*Antennarum articulis decem supra basim in dorso parce pilosis*; *alis ant. apice longe producto incurvo dilute sulphureis longitudinaliter argenteo-lineatis.*" *10—11.*"' *Zell. Linn. IV.* 227 *et Is.* 206; *OT. IX.* 2. 217; *HS. V.* 245. Sex exempl. in collinorum *Szyp* declivibus, septimum in betuleto *Lw.*; Julio (sociis 998, 776 etc).

**1235. Lixella** *Zell. Linn. IV. 231*; *HS. V. 245.* „*Antennarum articulis* 14 *supra basim in dorso crebrius pilosis*; *alis ant. apice longe producto incurvo flavidis longitudinaliter argenteo-lineatis, lineis omnibus fusco-marginatis.*" $7^1/_2$.'" *Exemplar* unicum in betuleto *Lwowiec* 13. Julii (cum priore, 1172, 1170, 1269, 1163, 1126, 1078, 1051, 776. etc).

**1236. Onosmella** *Brahm.* „*Antennis albis, subtus fusco punctatis, articulo basali vix subpenicillato*; *alis ant. acutis niveis, tenuiter ochraceo-venosis.*"' 8—*9.*'" *Zell. Linn. IV. 314 et Is. 207*; *HS. V. 246. Struthiopennella OT. IX. 2. 219.* Spec. *5* in silvaticis ditionis *Leopolitanae* sub finem Junii initioque Julii (simul cum 1286, 1297, 1137, 967, 335, 257 etc).

**1237. Ciconiella** *FR. HS. V. 252.* „*Antennis albis totis, articulo basali vix incrassato non penicillato*; *palporum barba articulum terminalem subaequante*; *alis anterioribus acuminatis pallide lutescentibus, distincte albo-strigulatis.*" $7^1/_2$.'" — Speciem hanc Clarissimus Zellerius qua varietatem cum Millefolli conjuxit (Linn. I*V*. pag. 365). Inclyti Schäfferius et Mannius eam pro distincta habent specie. Exemplaria mea sine omni dubio specifice ab minore Millefolii differunt.—Plura specimina in silvaticis circa *Leopolim* Junio (sociis 892, 328, 690 etc).

**1238. Tiliella** *Schrank.* „*Antennis albis fuscescenti annulatis, articulorum flagelli inferiorum dorso albo, penicillo longiore grisescente*; *alis anter. albis apicem versus fuscescenti-pulverosis, ciliis fusco cinereis.*" $7^1/_2$.'" *Zell. Linn. IV. 278 et Is. 207*; *HS. V. 257*; *OT. IX. 2. 210. Anatipennella H*; *Albidella SV.* Exemplar unicum *24.* Junii in betuleto *Lwowiec* (sociis 1296, 1283, 1279, 1250, 1240, 1166, 1138, 1136, 1125, 1012, 991, 947, 928, 902,

http://rcin.org.pl

900, 888, 894—896, 875, 873, 850, 847, 845, 843, 828, 823, 816, 803, 800, 802, 786, 783, 780, 778, 777, 774, 773, 771, 767, 766, 764, 763, 755, 750, 749, 747, 734, 733, 729, 728, 722, 721, 718, 717, 700, 693, 686, 677, 672, 671, 669, 670, 663, 623—621, 613, 593, 578, 550, 529, 505, 493, 486, 488, 443, 441, 429, 425½, 320, 315, 314, 197, 188, 187, 152, 147, 91, 89, 53—51, 47, 43, 28, 27, 23, 21, 19, 7, 5, 4).

**1239. Palliatella** *Zinck.* *„Antennis albis fusco annulatis, basi alba, penicillo longiore externe griseo; alis ant. albis, in apice obsoletius luteo-fuscescenti venosis.“ 6.‴ Zell. Linn. IV.* 282 *et Is.* 207; *HS. V.* 257. *Palliipennella OT. IX.* 212. Exemplaria duo in pago *R. g.*, tertium in collinis *Szyp*; Junio (sociis **460**, **1261**, **1309**, etc).

**1240. Millefolii** *Zell. Linn. IV.* 360; *HS. V.* 253. *„Antennis albis fusco annulatis, dorso toto albo, articulo basali subincrassato sine penicillo; palporum fasciculo articulum terminalem breviusculum subaequante; alis ant. longius acuminatis albis, squamulis nigris adspersis, venis diffuse lutescenti-griseis.“* 7.‴ Reperitur solitarie prope *Leopolim volatque* in *Hołosko et Cz. sk.* Junio (sociis **328**, **892**, **1268** etc).

**1241. Currucipennella** *FR. Zell. Linn. IV.* 286 *et Is* 207; *HS. V.* 248. *„Antennis albis fusco annulatis, flagelli basi alba, penicillo longiore griseo; alis ant. albis, venis late luteis, apicem versus obscurioribus, dilatatis, subconfluentibus.“* 7.‴ Hucusque exempl. 5. in betuleto *Lwowiec* et in silvaticis circa *Leopolim.* Volat sub finem Junii (sociis **632**, **149**, **460**, **151**, **238** etc).

**1242. Therinella** *Tengst.* *„Antennis albidis griseo-annulatis, apice albido, articulo basali crassiusculo sine penicillo; palporum fasciculo dimidium articulum terminalem subaequante; alis anter. angustulis albidis impunctatis, costa anguste alba, venis lutescentibus dilatatis apicem versus subconfluentibus.“ 6—7.‴ Zell. Linn. IV.* 319; *HS. V.* 250. *Trochilella FR.* Exempl. duo 29. Junii in nemore ad betuletum *K.* (sociis: **890**, **1077**, **1083**, **1090**, **1033**, **1114**, **1201**, **1206**, **1232**, **1338**, **626**, **424**, **243**, **153**, **151** etc)

**1243. Troglodytella** *FR. „Anntennis albis vel albo-*

http://rcin.org.pl

*fuscoque annulatis, apice albido, articulo basali crassiusculo sine penicillo; palporum fasciculo dimidium articulum terminalem aequante; alis ant. latiusculis albidis impunctatis, costa anguste alba, venis lutescentibus dilatatis apicem versus non vel subconfluentibus.*" *6½.*''' *Zell. Linn. IV. 322: HS. V. 249.* Duo exemplaria in betuleto *Lwowiec* 6. Junii (una cum: **32, 53, 41, 94**, *96*, **97, 491, 472**, *428*, 405, **468, 492, 446, 578**, *535*, **597, 628, 612, 512, 717, 777, 733, 747**, *749*, **750, 718, 741, 816, 928**, *953*, **947, 948, 966, 968, 1045** 1125, **1054, 1138**, 1189 etc).

**1244. Murinipennella** *FR.* „*Antennis albis fusco-annulatis, feminae apice albido, articulo basali albido sine penicillo; palporum fasciculo dimidium articulum terminalem breviusculum paulo excedente; alis ant. angustulis sordide albis impunctatis, venis dilatatis dilute fuscescentibus, costa anguste albida.*" *Vix 6.*''' *Zell. Linn. IV. 334; HS. V. 249.* Vulgaris Majo Junioque circa *R. g. et L.*

**1245. Virgatella** *Zell. Linn. IV. 291; HS. V. 247.* „*Antennis albis, penicillo breviore griseo; alis ant. albis acuminatis, venis omnibus, linea circa margines, plica lineaque cellulae discoidalis luteo-fuscis distinctissimis, poster. obscure cinereis.*" *7.*''' Exemplar unum 6. Julii (sociis: **967** etc) in querceto supra *c Liś.*

**1246. Gnaphalii** *Zell. Linn. IV. 357; HS. V. 256.* „*Antennis albis fusco annulatis, articulo basali subincrassato sine penicillo; palpis superne albis, fasciculo vix dimidium articulum terminalem aequante; alis ant. costa latius nivea brunnescentibus, interstitiis venarum diffuse albis nigro punctulatis.*" *4½.*''' Exemplar unum in coll. betuleto *Lw.* 27. Junii (comitibus: *1213*, 1215, **1218, 1221**, 1222, **1224**, 1225, 1228, 1239, **1241, 1262, 1113, 1032, 1248, 1350**, 134*6*, **1337, 1336**, 1206, 1346, 1209, 103*6*, 1228, **947, 948**, 950, 96*6*, **827, 835, 840, 717, 749**. 783, **646, 656, 513, 583, 557, 406, 409, 413, 428, 442, 443, 485, 288, 156**, 1?7, **136, 143, 152, 197, 149**).

*Mayrella invenitur secus circa Glog , Berol., Ratisb., Brunsv. , Dresdam, Schandau, Vindob., in Livonia, Finlandia, Anglia, Toscana.—Deaur.: in media et bor. Eur.; in Succia , Finl., Liv., circa Posnaniam , Jenam , Leucop., Glog., Vindob. — Alcyon.: per Eur. usque ad Finl., Liv. et Toscanam. — Trochil : circa Camaldoli prope Neapolim. — Parip.: circa Reichst., Vind. , in Liv.,*

http://rcin.org.pl

*Finl.* — *Fusced.*: *in Anglia*, *Liv.*, *ad Glog.*, *Fr. ad M.*, *Vinariam*, *Gedanum*, *Vratisl.*, *in Boh.* — *Livid.*: *in Silesia Borussica*, *circa Ischl.* — *Laric.*: *ad Helsingfors in Finl.*, *ad Glog.*, Ratisb., *Fr. ad M.*, *Vind.*, *Reichstadt.* — *Corac.*: *in Anglia*, *circa Aug. Vindelic.*, *Fr. ad M.*, *Turicum*, *Vratisl.*, *Glog.*, *Vindob.*, *in Toscana.* — *Orbit.*: *circa Glog.*, *Vindob.*, *Reichstadt.* — *Seren.*: *ad Dresdam*, *Fr. ad M.*, *Ratisb.*, *Vindob.*, *Nixd.*, *in Hannovera*, *Toscana*, — *Altic.*: *in Liv.*, *Silesia Boruss.*, *ad Ratisb.*, *Brunsv.*, *Vratisl.*, *Vindob.*, *in Toscana*; *usque ad Pini Mughi regiones.* — *Lacun.*: *ad Glog.*, *Vindob.* — *Niveic.*: *ad Vindob.*, *Reichst.*, *Glog.*, *Reinerz*, *Ratisb.*, *Vratisl.*, *Ged.*, *Brunsv.*, *Fr. ad M.* — *Albic.*: *circa Vind.*, *Neustrelitz*, *Thorunium*, *in Tyroli*, *Italia.* — *Lutip.*: *in Gallia*, *Succia*, *Fr. ad M.*, *Brunsv.*, *Vratisl.*, *Salzbrunn*, *Glog.*, *Neustr.*, *Vind.*, *Reichst.* — *Oriol.*: *ad Vindob.*, *Fr. ad M.*, *Szexard in Hung.* — *Obscen.*: *ad Vindob.*, *Glog.*, *Vratisl.*, *Ratisb.*, *Brunsv.* — *Bind.*: *in Finl.*, *Boh.*, *ad Ged.*, *Brunsv.*, *Fr. ad M.*, *Glog.*, *Vindob.* — *Lusc.*: *ad Ratisb.*, *Berol.*, *Ged.*, *Brunsv.*, *Jenam*, *Glog.*, *Fr. ad M.*, *Reichst.*, *Vindob.* — *Limosip.*: *ad Parisios*, *Brunsv.*, *Vratisl.*, *Glog.*, *Vind.*, *portum Liburnum*, *in Helvetia.* — *Albifusc.*: *in Liv.*, *ad* Ratisb., *Heidelbergam*, *Thermas Mattiacas*, *Fr. ad M.*, *Jenam*, *Vind.*, *in Hung.* — *Gallip.*: *circa Glog.*, *Ged.*, *Fr. ad M.*, *Jenam*, *Vindob.* — *Conspic.*: *circa Vindob. et Fr. ad M.* — *Ornat.*: *certe ad Fr. ad M.*, *Thermas Matt.*, *Jenam*, *Mödling prope Vindob.* — *Lixella certe ad Vind.*, *Glog.*, *Aurimontium*, *Vratisl.*, *Schreiberhau*, *Ged.*, *Fr. ad M.* — *Onosm.*: *in Uralo*, *Liv.*, *Succia*, *Anglia*, *Gallia*, *Italia*, *Hung.*, *Germ.*, *Austria.* — *Tiliella in Anglia*, *Gallia*, *Succia*, *Liv.*, *Germ.*, *Silesia*, *Austria.* — *Palliat.*: *in Gallia*, *Italia*, *Germ.*, *Austria*, *Boh.*, *Silesia.* — *Millef.*: *in Liv.*, *circa Ged.*, *Glog.*, *Jenam*, *Vindob.* — *Curruc.*: *circa Vindob.*, *Reichst.*, *Vratisl.*, *Lauban*, *Salzbrunn*, *Glog.*, *Dresdam*, *Helmstedt*, *Swinemünde*, *Fr. ad M.*, *porro in Helv. et Gallia.* — *Therin.*: *in Finl.*, *Liv.*, *ad Berol.*, *Vratisl.*, *Glog.*, *Fr. ad M.*, *Leucopetram*, *Reichstadt.* — *Troglod.*: *in Finl.*, *ad Szexard in Hung.*, *circa Vindob.*, *Vratisl.*, *Fr. ad M.* — *Murinip.*: *circa Vindod.*, *Ged.*, *Brunsv.*, *Glog.* — *Virgat.*: *in Silesia*, *Germ. merid.* — *Gnaph.*: *circa Ratisb.*, *Dresdam*, *Ged.*, *Glog.*, *Megalop.*; *in Finlandia*

## Gracilaria *Haworth.*

**1247. Stigmatella** *F.* „*Alis ant. rufis purpureo nitidulis, triangulo costali exalbido intus in dentem exeunte, plicam tangente*; *palpis externe rufescentibus*, *basi apiceque exalbidis.*“ 5—6½.‴ *Zell. Is. 209 et Linn. II. 319*; *HS. V. 285. Upupaepennella Tr. IX. 2. 195.* Satis frequens vere autumnoque in fruticibus ad margines silvarum circa *R. g.*, *B. et M.* Invenitur praeterea in hortis, hieme etiam in domiciliis, ubi hiemare videtur.

**1248. Franckella** *H.* „*Alis anter. rufis*, *violaceo-nitidis*, *macula costali triangulari maxima dorsoque ad basim aureoflavis.*“ 5—6.‴ *Zell. Is. 209 et Linn. II. 314*; *HS. V. 285. Hilaripennella Tr. IX. 2. 196.* Vulgatissima Majo Junioque in silvaticis cuncti



http://rcin.org.pl

terr. humilioris. Inhabitat praecipue Quercus et Alnos inveniturque exemplaribus decoloratis solitariis usque ad serum autumnum.

**1249. Falconipennella** *H.* „*Alis ant. griseo-brunneis, triangulo costali dilutiore obsoleto, costa fusco striolato-punctata; palpis externe fuscis apice exalbido.*" *7½.'" Zell. Linn. II. 323 et Is. 209; HS. V. 287; OT. IX. 2. 203.* Volat frequenter Sept. et Oct. inter Rubos ad betuleti *Z.* marginem. Plura spec. obsoleta obvia mihi fuerunt Majo in fruticosis silvaticorum circa *R. g. et B.*

**1250. Elongella** *L.* „*Alis ant. rufis postice purpurascentibus, innotatis; femoribus tibiisque quatuor anterioribus brunneo-vel cinereo-rufis, coxis post. apice albidis.*" *7.'" Zell. Is. 209 et Linn. II. 333. Signipennella Tr. IX. 2. 200; HS. V. 289.* Vulgaris Aprili—Oct. in silvaticis virquletisque per omne terr. usque ad promontoria. Tempus volaturae autumnus esse videtur, quum exemplaria prius lecta plerumque sunt decolorata et laesa.

**1251. Populetorum** *Zell. Linn. II. 330 et Is. 209.* „*Alis ant. osseis, griseo nebulosis, puncto costali pone medium duobusque distantibus in plica nigris; palpis basi apiceque pallidis.*" *6.'" Tetraonipennella HS. V. 288.* Singula exemplaria Septembri et Oct. inter Rubos ad betuleti *Z.* marginem (cum prioribus, porro 905—920, 874, 877, 855, 851, 1302, 1255, 1306, 498, 367, 363, 1122, 1302, 1143, 1006 etc).

**1252. Lacertella** *FR.* „*Alis anter. nitidulis violaceo-fuscescentibus, maculis 4 alternatim oppositis aureolis; pectore flavo-maculato.*" *4.'" Euspilapteryx Lac. HS. V. 291. Zell. Is. 209 et Linn. II. 347.* Satis frequens Majo (solitarie usque ad Aug). in herbosis betuleti *Lw.* et in silvaticis inter *L. et Wi.* (sociis: 1231, 1047, 1045, 1043, 953, 901, 900, 896, 894, 853, 852, 777 etc).

**1253. Imperialella** *Mann.* „*Alis ant. fusco-aureis, fascia prope basim ante dorsum evanescente, strigis tribus costalibus distinctis, tribus dorsalibus obsoletioribus oblique oppositis apiceque argenteis.*" *3½—4.'"*— Strigae costales (ad $^2/_5$, $^3/_5$, $^4/_5$ positae) cum dorsalibus (dimidio limbali insidentibus) fascias tres in medio disco late interruptas efficere et alae quadrifasciatae esse videntur. Ambae priores strigulae dorsales sunt bene conspicuae, postica obsoletissima. Nigri fasciarum (ad angulum ana-

http://rcin.org.pl

lem spectantium) margines in certis solum directionibus conspiciuntur. Capilli obscuri, frons argentea.—*Zell. Linn. II. 365*; *Euspilapteryx Imp. HS. V. 292.* Invenitur satis frequenter (in societate specierum 99, 995, 1014 etc) ab ultimis diebus Maji usque ad medium Junium in floridis fruticosis circa *R. g. et L.* Interdiu in fruticibus latitat, vesperi per flores vagatur. Ego possideo exemplaria 7, plura alia Amicissimo mihi Mann cum multis aliis speciebus raris (Sieversi, Flavicaria, Affinitaria, Luctuali etc) dono misi.

**1254. Kollariella** *FR.* „*Alis ant. caudulatis, brunneis, dorso, strigulis 5 costalibus capiteque niveis.*“ *Vix 5.*‴ *Zell. Is. 209 et Linn. II. 363*; *Euspilapteryx Koll. HS. V. 293.* Reperitur satis frequenter sed disperse praecipue per quercea frutecta circa *L. et J.* Volat Junio (sociis 878, 1309 etc).

*Stigmatella occurit secus in orientali Rossia media, in Germ., Boh., Liv,, Suecia, Anglia, Gallia. — Franck.: per Eur. usque ad Parisios, Livoniam, Hungariam, Austriam et Bavariam.. — Falc.: circa Vindob., Glog., Ged., Berol., Francof., Ratisb., Kokenhusen in Liv., in Boh. — Elong.:* in *Gallia, Anglia, Suecia, Liv., porro in Hung., circa Vindob., Ged., Vratisl., Glog., Francof., Berol., Ratisb., Aug. Vindelic. — Popul.: in Livonia, Boh., circa Fr. ad O., Glog. — Lacert.: in Liv., Boh., circa Dresdam et Schandau, circa Glog., Messanam in Sicilia. — Kollariella circa Vindob. et Ratisb. — Imperialellam detexit D. Mann Vindobonae depinxitque eam Suae Apostolicae Majestati, Serenissimo* ac *Augustisimo Nostro Imperatori. Teste Clarissimo Schäfferio volat Imperialella etiam in Saxonia et circa Bonnam.*

## Coriscium *Zeller.*

**1255. Quercetellum** *Zell. Is. 210 et Linn. II. 366.* „*Alis ant. caudulatis griseo-luteis, striolis 4 obliquis costae, 2 dorsi albis, intus nigro marginatis, primo pari in angulum conjuncto.*“ *Brogniardellum F. HS. V.* 284. Singula specimina 1. Maji et 16. Sept. in Quercubus ad marginem querceti *B.* (sociis 360, 1044, 918 etc).

*Secus circa Berol., Francof., Glog., Vindob,, Parisios.*

## Ornix *Treitschke.*

**1256. Finimitella** *Z. HS. V. 297.* „*Alis ant. nigrofuscis, subviolaceis, ad basim dilutioribus, macula dorsi subtriangulari strigulisque costae latioribus inaequalibus albis; capillis luteis ad antennas nigrescentibus; ciliorum lineis dividentibus (una abbreviata*

http://rcin.org.pl

*pone medium, una apicali integra) nigris.“ 5.'''* Exemplar unum in coryletis silvaticorum *R g.* 2. Junii (sociis 863 etc).

**1257. Meleagripennella** *Z. Linn. II. 374 et Is. 210. HS. V.* 297; *OT. IX.* 2. 207. *„Alis ant. fusco cinereis, dorso albido-farinato, strigulis costae crebris albidis, lituris plicae 2 fuscis; capillis dilutis, ad antennas fuscis; ciliorum linea dividente et apicali (postice furcata) nigricantibus.“ 4.'''* Frequens ubivis in virgultis, dumosis silvisque per omne terr. usque ad promontoria. Volat Majo et Junio; plura spec. cepi semel Augusto.

**1259. Torquilella** *Z. HS. V. 295. „Alis anter. fuscescenti-cinereis, subviolaceis, costa albo-strigulata, lunula disci pone medium exalbida; capillis lutescentibus antrorsum fuscis; palpis innotatis; ciliorum lineis dividentibus 3 nigris in medio limbo passim albo-interruptis.“* $4^{3}/_{12}$.''' Specimina plura in variis fruticibus silvaticis circa pagum Radłowice górne.

**1260. Guttiferella** *Z. Linn. II. 378 et Is.* 210; *HS. V.* 298. *„Alis anter. violaceo-fuscis, fascia ad basim (vel 2 maculis), maculis 4 costalibus (2 anter. magnis, 2 apicis parvis), una dorsali anteanali albis nitidulis; capillis ferrugineis.“ 6.'''* Vulgaris Samboriae Leopolique in pamoriorum septis e tabulis factis; Majo, Junio. In montano pago Wołcze inveni eam Julio. In silvaticis rarissima.

**1261. Caudulatella** *Z. Is. 210 et Linn. II.* 380; *HS. V. 298. „Alis ant. nigro-caudulatis albidis, in plica nigro-striolatis, apice nigricante strigam coeruleam continente.“* $8^{1}/_{2}$.''' Apparuit satis multa initio Julii 1853. in mixtis silvaticis frondosis collinae ditionis *R. g.* delitebatque ibidem in variis marginum aut prosilviorum fruticibus. Annis sequentibus jam nunquam et necubi eam conspicere mihi contigit possideoque tria tantum specimina, quae in R. g. cepi. Aliae species quae eodem tempore volabant, hae sunt: 1333, 1331, 1330, 1239, 1171, 1166, 857, 659, 434, 471, 397, 287, 581 595, 555, 529, 298, 319, 179, 147, 96, 93.

*Meleagrip: volat secus per Eur. usque ad Angliam et Liv. — Torq. ad Ratisb. alibique. — Guttif.: circa Ber., Glog., Francof., Polska — Łysa, Dresd et Schandau, in Liv., Gallia. — Caud.: circa Budam, Glog., Posnaniam et* Rawicz, *Kokenhusen in Livonia.* Rara.

http://rcin.org.pl

## Cosmopteryx *Hübner.*

**1262. Zieglerella** *H. Z.Is. 210; HS. V. 284. „Alis ant. atris, basi orichalcea, fascia media miniata orichalceo-marginata, linea apicis lilacino argyrea.“ 4½.‴* Mirum hoc microlepidopteron volat frequenter (sociis 1041, 1174 etc) post solis occasum sub finem Junii initioque Julii per ericeta in fine silvarum pagi R. g. ad dextram vix stratae versus pagum Szady ducentis. Circa Leopolim cepi aliquot tantum specimina inter quercea frutecta circa H. et c. Liś.

**1263. Turdipennella** *Ti. Z. Is. 210; Batrachedra Turd. HS. V 283. „Alis ant. griseis, nigro-irroratis, lineolis longit. (2 in plica, 2 in linea longit. media distinctissimis) nigris.“ 7.‴* Vulgaris Junio-Sept. in truncis arborum per silvatica in humiliores montes usque. In pamariis et ambulacrorum arbustis quoque invenitur (sociis Populella etc).

**1264. Pinicolella** *Z. Is. 210; Batrachedra Pinic. HS. V. 283. „Alis ant. ochraceo-testaceis osseisve, punctulo ad angulum analem fusco.“ 5.‴* Provenit frequenter in fruticosis Pinis silvestribus collinorum *P.-S.*, porro in Abietis pectinatae silvula Swińka. Plura specimina cepi prope L. etiam in querceto pone c. Liś., ubi non ulla crescit Pinus. Volat sub finem Junii initioque Julii (sociis 238, 690, 998, etc).

**1265. Pedella** *L. Z. Is. 210; Stathmopoda Ped. HS. V. 283; Angustipennella Tr. IX. 2. 198. „Alis ant. ochraceis, basi, apice fasciisque 2 linea longit. fusca conjunctis fuscis.“ 6.‴* Exemplar unum in umbrosis humidiusculi alneti arborescentis ad viam stratam in pago R. g. 19. Julii (sociis 258 etc).

*Zieglerella volat secus in monte Kahlenberg prope Vind., circa Dresdam, Gorliciam.— Turd.: ad Vind., Ber., Glog., Francof.— Pinic.: ad Nixdorf, Glog., Dresdam — Ped.: in Succia, circa Vindob., Glog., Berol., Francof.*

## Poeciloptilia *Hübner.*
## (Elachista Tr.)

**1266. Pollinariella** *Z. Is. 213; Frey Linn. XIII. 287; HS. V. 311. „Alis ant. albis, fascis 3 obsoletissimis (una ad basim, una media, una ante apicem) dilute luteis, squamis crebris distinc-*



http://rcin.org.pl

*tissimis nigris, longitudinaliter subseriatis; linea ciliorum nigrescente.*" *4.*''' Disertellae simillima. Provenit vulgatissime in pratis et floridis per omne terr. in promontoria usque. Volat socialiter post solis occasum sub finem Maji Junioque simul cum Cygnipennella, Disertella, Paucipunctella, Rosetana etc.

**1267. Anserinella** *FR. Z. Is. 213; Frey Linn. XIII. 298. HS. V. 311.* „*Alis ant. albidis, gilvo-nebulosis* (*quasi maculis indeterminatis, una ad basim, una in medio, una ante appicem*), *squamis nigris nullis, linea in ciliis e squamis fuscescentibus.*" $4^1/_2$.''' Priori et posteriori similis. Exemplar unum in Cor. avellana in fruticosis collinis Mostki 4. Junii (sociis 892 etc).

**1268. Disertella** *FR. Frey Linn. XIII. 285; HS. V. 311.* „*Alis ant. albis, fasciis 3 obsoletioribus* (*una ad basim, una media, una anteapicali*) *ochreis, costam versus obscurioribus, squamis punctisve minutulis parcis subobsoletis nigris, inordinate positis; linea ciliorum nigra.*" $4^3/_4$.''' Pollinariellae simillima. Exemplar unum in florido pratulo ad marginem betuleti Krzywczyce 10. Junii (sociis 1346, 1336, 1322, 1298, 1297, 1265, 1240, 1236, 1222, 1215, 1212, 1210, 1185, 1183, 1165, 1130, 1018, 1012, 991, 951, 939, 936, 934, 928, 902, 900, 895, 888, 878, 873, 828, 803, 802, 800, 798, 785, 783, 778, 777, 767, 763, 739, 735, 729, 728, 700, 672, 647, 623, 493, 296, 187, $188^1/_2$, 188, 113, 89, 70).

**1269. Bisulcella** *FR. Frey Linn. XIII. 273; HS. V. 303; Zonariella Tengström.* „*Alis ant. fusco-nigris, dilutius squamatis, fascia media latiuscula exalbida, ad dorsum diffluente; capite griseo, ciliis apicis flavido albis, linea dividente nigra.*" $4^1/_4$.''' Gelechiis Ligulella et Vorticella nec non speciei posteriori similis. Specimen unum circa R. g. in pascuis virgultis mixtis secundum marginem silvarum crescentibus; 13. Julii (sociis 776 etc).

**1270. Cinctella** *Z. Is. 213; Frey Linn. XIII. 265; HS. V. 303.* „*Alis ant. obscure fuscis, grosse nigro-squamatis, fascia media tenui subrecta albida; capite albo; ciliis albo-cinereis, linea dividente fusca.*" $4^3/_4$.''' Priori similis. Provenit satis multa in supra commemeratis fruticosis volatque sub finem Junii initioque Julii (sociis 632, 460, 339 etc).

**1271. Gangabella** *FR. Frey Linn. XIII. 271; HS. V.*

http://rcin.org.pl

*304. „Alis ant. latiusculis nigris, fascia media rectiuscula flavida, costam versus tenui, in dorso ampliata; ciliis nigro-griseis totis, capite nigrescente.“* $4^1/_2$.''' Bisulcellae similis. Exemplar unum in Quercu mixti nemoris ad betuletum K; 2. Junii (sociis 205 etc).

**1272. Pulella** *FR. Frey Linn. XIII. 230; HS. V. 304. „Alis ant. angustulis nigrogriseis, area basali paululum dilutiore, fascia latiori indeterminata ante medium maculisque 2 oppositis ante apicem (confluentibus) candidulis obsoletis; ciliis apicis griseis, anguli analis fuscescente-griseis, linea squamarum nigra divisis; capite sordide albo.“* $3^2/_{12}$.''' Specimen unum inter frutecta ad margines silvarum circa R. g. 29. Junii (comitibus 149 etc).

**1273. Parvulella** *FR. HS. V. 304. Priori simillima; alis ant. dilutius nigrogriseis, grossius squamatis, fascia ante medium maculisque 2 oppositis ante apicem (sejunctis confluentibusve) albidis, striola plicae pone basim nigra, capite sordide albo.“ 3.'''* Reperitur satis frequenter in silvaticis circa R. g. et L., ubi diversos inhabitat fruticulos. Plura specimina, quae in collectione habeo, Majo, Junio et Augusto sunt capta.

**1274. Pullicomella** *Z. Is. 212; Frey Linn. XIII. 243; HS. V. 305. „Alis ant. nigris, grossiuscule squamatis, fascia ante medium subrecta maculisque duabus ante apicem oblique oppositis (vel: fasciis 2 interne convergentibus) distinctis albis; ciliis apice albis, linea squamarum nigrarum divisa, anguli analis obscuris; capite griseo.“* Magnitudo Pulellae, quacum magnam habet similitudinem. Agit vitam solitariam in Salicibus secundum margines silvarum circa R. g. et L. Volat sub finem Maji initioque Junii (sociis 1216, 993 etc).

**1275. Squamosella** *FR. Frey Linn. XIII. 294; HS. V. 305. „Alis ant. impure albidis, squamis crebris fuscescentibus conspersis, in apice ipso congestis, ante medium et apicem transverse vix conspicue dilutioribus; palpis, fronte, capillis ac thorace albis; ciliis griseis linea dividente nigra“* $4^2/_{12}$.''' Fascia ante medium et maculae oppositae, de quibus Clariss. Frey loquitur, in specimine meo, quod Amicissimus mihi Mann determinavit, vix obsoletissime sunt indicata.— Exemplar unum in pumilescenti Carpino in margine querceti B. 30. Maji (sociis 26, 35, 94, 97, 80,

http://rcin.org.pl

156, 189, 329, 405, 442, 446, 467, 493, 504, 513, 514, 535, 559, 571, 587, 599, 600, 619, 621—623, 639, 700, 716, 718, 777, 819, 820, 75, 895, 900, 901, 925, 928, 931, 980, 1038, 1061, 1101, 1222, 1266, 1248, 1296, 1310, 1319, 1327).

**1276. Albifrontella** *H. Frey Linn. XIII 204; Z. Is. 212; HS. V. 306. „Alis ant. nigris, fascia ante medium curvata, maculis 2 oppositis posticis, capite palpisque argenteis; ciliis nigro-griseis, nigro-cinctis." 4.'''* Provenit solitarie disperseque in dumosis silvarumque marginibus circa L., R. g., D. Exemplaria mea cepi initio Junii, 6. Julii et 8. Augusti (sociis 99, 1014, 878, 553, 266 etc).

**1278. Tetragonella** *HS. V. 308; Frey Linn. XIII. 189. „Alis ant. fuscis, maculis 4 albis nitidis, una in plicae medio, duabus posticis oblique oppositis (costali maxima), quarta apicis; ciliis griseis capite albo." 4.'''* Volabat frequenter 30. Junii inter frutices in exciso querceto pone c. Liś. Prodit ex latebris primum sole occidente vagaturque sua sponte prope humum varios per flores, quibus ad nectar sugendum paulisper insidet. Alias species eodem die captas Cled. Acuminali addidi.

**1279. Quadrella** *H. Frey Linn. XIII. 187; HS. V. 309. Tetrastictella Z. Is. 212. „Alis ant. auratonigris, punctis 4 niveis nitidis, uno ad $^1/_3$ costae (plerumque deficiente), uno plicae ante medium, duobus verticaliter oppositis ante apicem." 5.'''* Elegantem hunc papiliunculum inveni frequentem toto Junio in silvaticis pagi R. g.

**1280. Magnificella** *Z. Frey Linn. XIII. 196; HS. V. 309. „Alis ant. atris, fascia prope basim, macula duplici transversa in disco medio maculisque 2 posticis oblique oppositis (costali majore posteriore) distinctissimis argenteis." $3^2/_{12}$.'''* Specimen unum 6. Julii (socis 553 etc) in Salice vepreti ante betuletum Lwowiec.

**1281. Geminatella** *HS. V. 309. „Priori simillima; alis ant. nigrofuscis, basi, fascia media curvata alam percurrente maculisque posticis oppositis argenteis obsoletioribus."* Fascia media efficit in alis non distensis cingulum continuum, quod in una costa incipit, in altera finitur. Magnitudo prioris. Clarissimus Frey Geminatellam cum Magnificella conjunxit. — Plura specimina Junio (sociis 460, 1014 etc) ad margines silvarum circa R. g.

http://rcin.org.pl

**1283. Illigerella** *H. Z. Is. 211*; *Calotrypis Illig. HS. V. 207*; *OT. IX. 2. 32.* „*Alis ant. gilvis, maculis diffluentibus cinnamomeis, punctis disci ad* $^1/_3$ *et* $^2/_3$ *nigris, apice falcato; ciliis ter fusco divisis.*“ *7.*‴ Neuropterellae et Paucipunctellae similis. Volat frequenter luce obscura toto Junio (solitarie Julio) per herbosa declivia in betuleto *Lwowiec* sociis: 741, 931, 1243, 1187, 1300, 1225, 1022, 809, 863 etc.

**1284. Pontificella** *H. Z. Is. 211*; *Calotrypis Pont. HS. V. 208*; *OT. IX. 2. 33.* „*Alis ant. obtusis cinnamomeis, costa, 2 maculis disci medii apiceque plumbeis.*“ *6.*‴ Exemplar unum 19. Junii *Samboriae* prope Synagogam in sepis vivae Crataego oxyacantha.

**1285. Testacella** *H. Z. Is. 211*; *Tichotripis Test. HS. V. 213.* „*Alis anter. impure griseis, apice subfalcato fasciaque media lata indeterminata fuscescentibus, punctis 2 mediis minutis albis, dorso dentibus 4 squamosis.*“ *5½.*‴ Specimina duo in querceto B. 6. Maji (comitibus: 10, 155, 211, 527, 536, 514, 575, 513, 853, 901, 912, 1247—1250, 1252, 1294, 1304).

**1286. Rhamniella** *Z. Is. 211. Mompha Rh. HS. V. 210.* „*Alis ant. fuscescentibus, gibberibus disci 4* (*1, 2, 1*) *magnis pluribusque punctis apicis nigris.*“ *5.*‴ Reperitur frequenter socialiterque in arboribus et fruticibus lucorum silvarumque circa *L.* et *R. g.* Volat Junio-Aug. (comitibus 335, 985, 85 etc). Plura specimina inveni medio Augusto in septis hortorum oppiduli *Kałusz* (sociis Woeberiana, Minutana, Amataria, Ferrugata, Leucacrinella, Bimaculosa).

**1287. Sturnipennella** *Ti. Z. Is. 212*; *Mompha Sturn. HS. V. 209*; *OT. IX. 2. 209.* „*Alis ant. nigricantibus, fasciis 2* (*ad* $^1/_3$ *et* $^2/_3$) *introrsum convergentibus albis, striolis longit. disjectis nigris.*“ *4—5¼.*‴ Posteriori similis. Plura specimina pulchra inveni *Leopoli* (simul cum 1322, 363) sub finem Oct. in cloacae fenestra, penes quam crescunt Populi pyramidales. Duo exemplaria decolorata laceraque cepi etiam 29. Maji et 19. Junii (comitibus 1086, 158 etc) inter frutices silvaticorum pagi R. g.

**1288. Divisella** *Wocke. Gemmella Z. Mompha Div. HS. V. 209. fig. 970.* „*Alis ant. nigricantibus, ferrugineo-mixtis, dorso ultra medium fasciisque 2 introrsum convergentibus niveis, anteriore*



http://rcin.org.pl

*tenui pone medium, posteriore latiore ante apicem punctum medium nigrum continente posticeque strigam latam longit. ferrugineam interrumpente.*“ $4^2/_{12}$.‴ Venustum hunc papiliunculum rarum 2. Julii in querceto *L.* in *R.* detexi. Unicum specimen, quod mihi capere contigit, inter ramos Quercus marginalis abditum latebat (comitibus **1195**, **1165**, **1167**, **1066**, **1070**, **1204**, **1103**, **884**, **824**, **801**, **670**, **668**, **627** etc).

**1289. Putripennella** *FR. Z. Is. 211*; *Tebenna Putr. HS. V. 214.* „*Alis ant. fuscescentibus, strigis 2 longit. flavidis (altera juxta plicam versus basim, altera media), tuberculis 2 nigris albido marginatis, uno in media plica, altero ad angulum analem.*“ $4^3/_4$.‴ Specimina duo paulo decolorata in Pruno spinosa ad marginem querceti *L.* in *R.* 8. Augusti (sociis Alburnella, Pisticella, Funerella etc).

**1290. Miscella** *H. Tebenna Misc. HS. V. 214.* „*Alis ant. fuscis, flavido mixtis, maculis 2 in dimidio costae apicali (anteriore obsoletiore flavescente albave, posteriore alba), tuberculis 2 magnis nigris, uno ad plicae medium, uno ad ang. analem antennarum articulis binis semper nigris, tertio albo.*“ *Vix* $3^1/_2$.‴ Seecimina tria pulchra inter coryleta et dumeta circa *Leopolim* et *Janow* Junio (sociis **1309**, **335** etc).

**1291. Festivella** *SV. Z. Is. 211*; *Tebenna Fest. HS. V. 215*; *Tr. IX. 2. 169.* „*Alis ant. flavis, passim argenteo strigulatis, costa ad basim fuscescente, tuberculis 2 maximis nigris, antico pone medium fasciaeformi, postico ad ang. analem; capite cum thorace argenteis; antennis longissimis.*“ 8.‴ Lautisimum hunc papiliunculum cepi spec. unico in florido pratulo sicco, querceto *P.* interposito, tempore pomeridiano **23.** Junii (simul cum **654** etc). Delitebat prope humum inter herbas, quibus percussis perterrefactum est et in vicina frutecta aufugere conabatur.

**1292. Linneella** *Clerck. Z. Is. 212*; *Psacophora Linn. HS. V. 215.* „*Alis ant. basi, costa tenue apiceque nigris, disco aurantiaco, hoc maculis 3 rotundatis separatis plumbeis nigro pupillatis; antennarum nigrarum apice albo.*“ $6^1/_2$.‴ Schäfferellae similis. Elegantem hanc speciem inveni semel duobus speciminibus 8. Julii in Tilia horti botanici *Leopoliensis.*

http://rcin.org.pl

**1293. Locupletella** *SV. Psacophora Loc. HS. V. 266; Schrankella H. Z. Is. 212. adnot. 3.* „*Alis ant. basi apiceque nigris, disco aurantiaco, hoc maculis 4 marginalibus irregularibus, duabus dorsi cohaerentibus tertiaque costali antica (interne argentata) plumbeis, quarta ad* $^2/_3$ *costae alba (cum antica effusa cohaerente); antennis nigris totis.*“ De hac specie dicit Clariss. Schäfferius „major Linneella;“ quum vero mea specimina vix $5^1/_2$‘‘‘ sunt lata, Locupletella in variis regionibus magnitudinem mutare videtur. — Duo exemplaria pulchra 5. Junii (sociis **1300, 1295, 1296, 1283, 1213, 1194, 1135, 1108** etc) inter coryleta silvarum pagi *Radłowice górne.*

**1294. Festaliella** *H. Z. Is. 212; Schreckensteinia Fest. HS. V. 262; OT. X. 3. 213.* „*Alis ant. aeneogriseis, marginibus omnibus strigisque longit. fuscescentibus, media fortiore ex basi in apicem ducta (postice 2 ramos versus ang. ani emittente).*“ $5^1/_2$.‴ Reperitur vulgate socialiterque in rubetis silvaticorum circa *L. et R. g.*, porro in fageto montis *Magóra.* Volat frequenter sub finem Maji initioque Junii, rare Julio. Specimina Julio capta sunt decolorata. Quoad comites videant lectores species **1304, 1285, 795.**

**1295. Modestella** *D. Metriotes Mod. HS. V. 214.* „*Alis ant. lithargyreis, innotatis, tibiis poster. ochraceis.*“ $4^1/_2$—5.‴ Vulgaris per silvatica et dumosa in promontoria usque. Anno **1856.** vidi eam innumerosam per florentes Anem. nemorosas per cunctam silvam pagi *R. g.* vagantem. Volat Majo, solitatim Junio.

**1296. Cygnipennella** *H. Frey Linn XIII. 305; Z. Is. 213; Cyenodia Cygn. HS. V. 211; Cygnella Tr. IX. 2. 117.* „*Alis ant. capite palpisque niveis, antennis albidis, ciliis albis; alis poster. griseis albisve; subtus omnibus fuscescentibus.*“ 5—**6.**‴ Decorum hoc microlepidopteron reperitur vulgate in pratis silvarumque herbosis circa *L. et R. g.* Apparet altero dimidio Maji volatque per totum Junium simul cum Pollinariella. Anno **1859.** inveni eam magna copia prope *Leopolim* in humidiusculo nardeto muscoso pone betuletum *Zubrze.*

**1297. Echii** *Z. Douglasia Echii HS. V. 259.* „*Alis ant. cinereis, cervino irroratis, ceterum innotatis.*“ 4.‴ Volat satis frequenter prope *Leopolim* per dumosa pone betuletum *K.* Junio (sociis: **205, 257,335, 1236, 1268, 1286** etc).

http://rcin.org.pl

**1298. Serratella** *Tr. IX. 2. 168; Argentosella FR. Z. Is. 212; Stagmatophora Serr. HS. V. 217.* „*Alis ant. aurato-nigris, strigis 3 macularibus (in costa interdum niveis), punctis limbi apicisque 5—7 argyreis; capillis palpisque albis.*" 5.''' Gelechiae Pictellae proxima. Provenit satis frequenter Junio in virgultis silvaticis circa *Leopolim.*

**1299. Ictella** *H. Z. Is. 212; Ochromolopis Jcl. HS. V. 213; OT. IX. 2. 204.* „*Alis ant. nigroplumbeis, vittis 2 latis luteis, una e basi ultra medium plicae, altera supera intus nigro-trituberculata ab $^1/_3$ ad apicem ducta.*" $5^1/_2$.''' Exemplaria 8 in Pinis silvestribus in collinis *Próchnik* 12. Junii (sociis Gysseleniella, Argentella, Distinctella, Neph. Abietella etc).

**1300. Aeratella** *Z. Is. 212; Augasma Aer. HS. V. 260.* „*Alis ant. virescenti-aeneis, palpis brevibus subulatis, antennis costae dimidium subaequantibus.*" $4^1/_2$.''' Gel. Tenebrellae similis. Specimina duo obsoleta in floridis frutectorum ad marginem silvarum circa pagum *R. g.* 5. et 6. Junii (sociis 1022 etc.; porro 1327, 1331, 1296, 1295, 1293, 1283, 1248, 1213, 1194, 1166, 1135, 1125, 1117, 1113, 1108, 1101, 1076, 1060, 1054, 1053, 1045—1047, 1038, 1028, 1022, 1017, 1013, 1003, 992, 991, 947, 943, 934, 833, 928, 901, 894—896, 888, 882, 875, 873, 871, 867, 861, 853, 852, 847, 845, 843, 836, 835, 820, 817, 816, 809, 802—804, 782, 777, 761, 745, 734, 733, 728, 718, 700, 694, 686, 683, 677, 652, 650, 623, 613, 612, 636, 564, 512, 491, 480, 478, 467, 445, 429, 427, 426, 423, 422, 411, 409, 398, 314—316, 320, 290, 269, 208, 206, 197, 188, 187, 143, 155, 94, 97, 91, 89, 61, 53, 35, 32, 23, 26, 27).

*Pollinariella vivit secus in Finl., Liv., circa Berol., Glog. Fr. ad M. et O., Gottingam, Wippach, Ratisb., Dresd., Vind., Reichst., in Toscana.— Anser.: circa Austam in Boh., Turicum, Vind., Antignano in Tosc. — Disert.: in Anglia, ad Vind., Turicum, Bremgarten — Bisulc.: circa Fochabers in Scotia bor. alibique in Brit., Abo in Finl., Ratisb., Erlangam, Lahr et Glog., Vind., Turicum.—Cinct.: circa Glog., Pisas, — Gang.: ad Ratisb., Fr. ad M., Pisas, in Anglia. Helvetiae deest.— Pulel: ad Vind., Turic., Glog., Frib., Leucop., Fr. ad M., Rat., Brunsv., —Pullic.: ad Vind., Glog., Rat., Fr. ad M., Vratisl.— Squamos.: ad Vind., Austam.—Albifr.: in Angl., Finl., Liv., Silesia, Helv., ad Gotting.. Hes. Carol. et Friburg., Fr. ad M., in Tosc. — Tetrag.: ad Fr. ad M., Reichenhall, in Helv. —Quadr.: in Liv., Sil., ad Rat., Frib., Tur., in Tosc.; Angliae deest.—Magnific.: in Angl., Finl., Sil., circa Rat., Fr. ad M., Tur. — Illig.: ad Nixdorf, Glog. —*

http://rcin.org.pl

*Pont.: in Austria, Hung., ad Labacum, Rat.—Test.: ad Glog., Francof., in Boh. — Rhamn.: circa Berol., Glog — Sturnip.: in Boh., Silesia alibique — Divisella circa Ratisb., Fr. ad M., Vratisl.—Putrip.: in Boh., ad Rawicz— Misc.: ad Ratisb. alibique. — Festiv.: ad Vind., Fr. ad O., in Hung. — Linn.: in Suecia, Germ., ad Nixdorf. — Locupl.: in Angl., ad Fr. ad M., Turic., in Boh. — Festal.: in Boh. montosis, in Silesia, ad Ber., Francof. — Modest.: in Gallia, Anglia, Germ., Austria. — Cygnip.: per Eur. usque ad Galliam, Angliam, Livoniam, Italiam.— Echii ad Glog., Fr. ad M., in Anglia. — Serrat.: ad Vind., Rat., Budam, Dresdam — Icl.: in Austria, Hung. ad Rat. — Acratella denique in Anglia, circa Glog., Reichstadt, Fr. ad M. Rat., Vind.*

## Lyonetia *Hübner.*

**1301. Clerckella** *L. Z. Is. 216 et Linn. III. 252; HS. V. 261; OT. IX. 2. 191. „Alis anter. argenteo-niveis, macula elongata pone medium disci aureo-fusca, altera minori anguli analis, costa tenue fusca postice albo-strigulata, puncto apicis ante caudulam nigram atro.“ 4—3½.'''* Hucusque inveni specimina duo; alterum (sociis 1152 etc) 11. Augusti in mixta silva *Dąbrowa* alterum (comitibus 1143 etc) 8. Octobris in querceto *B.* In utraque regione latitabant ambo specimina in marginalibus Alnis glutinosis. Varietatem **Aerecella** Tr., quae obscuriores habet alas, cepi specimine unico 11. Aug. simul cum specie primaria in commemorata silvula *Dąbrowa.*

**1302. Albella** *Eversmann.* Miram hanc speciem Celeberrimus Eversmann in Fauna Volgo-Uralensi, pag. 600, sic describit: *„Antennae nigrae; caput hirtum et thorax alba; alae anticae ad costam nigro-fuscae, ad marginem posticum argenteae, fasciis duabus valde obliquis nigris, saepe marginem posticum non attingentibus; ciliis candido fuscoque variis, puncto apicali atro; posticae grisescentes. Volat in provincia Casanensi Octobri.“*

Specimen meum hoc modo aspicitur:

Antennae nigrae, costam longitudine excedentes, concha majuscula nivea. Capilli nivei, antrorsum in duos fasciculos acutos fusco-terminatos condensati. Frons et thorax nivea, hic lateribus nigris.

Tota latitudo 4⁸/₁ ala antica 2²/₁₂ longa, ⁵/₁₂''' lata. Costa alarum anteriorum antice angustissime griseo-argentea, ad apicem latius nivea fuscoque quadristrigulata. Dimidium costale est nigro fuscum terminaturque introrsus margine subdentato. Dimidium vero dorsale est argenteoniveum interrumpiturque fascia lata fusca, quae ad ⅔ dorsi incipit, valde oblique ad apicem vertitur, in fusco vero dimidio costali mox eva-

http://rcin.org.pl

nescit. Post hanc fasciam datur ad angulum posticum macula majuscula fusca, quae ad limbum vergit. Tam fascia quam macula in meo specimine dorsum attingunt. In apice conspicitur ante caudulam nigram pustula parva atra.

Cilia apicis brevissima fusca; postice longiora, basi anguste fusca, reliqua parte alba et hic per medium lineola squamarum fusca, quae ad medium limbum flectitur, signata; ad angulum denique posticum et juxta dorsum longissima unicolora grisescentia. Alae posticae cum ciliis longissimis grisescentes.

Clarissimus Herrich-Schäffer de Albella Eversmannii suspicatur, eam Padifoliellae esse varietatem. Jcon Albellae in ejus opere (tab. 107. f. 853) cum meo specimine satis congruit, icones vero et descriptiones Padifoliellae, Prunifoliellae earumque varietatum (HS. V. p. 261, tab. 107. fig. 854. 855; Zell. Linn. III. p. 259 et Is. 1839. p. 216) in id minime quadrant, quam ob rem me affirmare posse puto, neque Albellam Eversmannii neque meum specimen varietates solum commemoratarum esse specierum.

**Specimen unicum pulcherrimum, quod in mea habeo collectione, prope *Leopolim* in campestri betuleto *Zubrze* detexi. Excitatum et captum est a me 6. Octobris anni 1858., quum tempore pomeridiano in commemoratae silvulae margine Alnos glutinosas, promiscue cum Salicibus, Quercubus et rubetis crescentes, percutiebam. Eodem die collegi hic sequentes alias lepidopterorum species: 1287, 1251, 1249, 1186, 1181, 1143, 1121, 1122, 1006, 926, 918,—922, 914, 912—910, 908—906, 877, 874, 855, 853, 851, 603, 367, 239, 184, 25, 12. Anno 1859. quotidie fere mensibus Sept. et Oct. in hanc regionem, quae multa egregia, inter alia et Odontosiam Sieversi producit, excuccurri, sed ne unum quidem exemplar Albellae mihi jam obvium fuit.**

*Clerckella invenitur secus in Gallia, Anglia, Suecia, Austria, Bavaria, Saxonia, Silesia, Austria, Bohemia.— Albellam detexit Clariss. Eversmann mense Octobri in provincia Casanensi.*

## Nepticula *Heyden.*

**1303. Samiatella** *Z. Linn. III. 303 et Is. 215 (femina ?); Ruficapitella Haw. HS. V. 348 n. 1089. „Alis ant. flavo-virenti-aeneis apice violascentibus; antennarum brevium conchula exalbida nitida, capillis aurantiacis.“ $2^5/_{12}$''' lata, $1^4/_{12}$''' longa.* **Exemplar**

http://rcin.org.pl

unum pulcherrimum in rubeto ad marginem mixtarum silvarum circa pagum *R. g.* 30. Junii (sociis 460 etc).

**1304. Argentipedella** *Z. Linn. III. 316 et Is. 215; HS. V. 353. „Alis ant. fuscis, violaceo-nitidulis, fascia pone medium alba nitida; capillis ferrugineis; conchula antennarum exalbida.“ $2^3/_{12}$.'''* Specimina duo pulchra ad marginem querceti *B.*; alterum 15. Maji (sociis 2, 5, 13, 76, 90, 100, 351, 478, 547, 572, 600, 700, 777, 831, 852, 853, 836, 900, 901, 953, 1029, 1045, 1047, 1054, 1248, 1250, 1252, 1257, 1273, 1260, 1285, 1294, 1295, 1319, 1320), alterum 23. Junii (simul cum 215 etc).

**1305. Albicornella** *Kollar (non Rufella Zeller). „Alis ant. flavidis fuscoque mixtis, apice nigricante, fascia post medium, ciliis, antennisque albidis, harum conchula flavescenti; capillis ferrugineis.“* Minima in tota mea collectione; vix 2.''' Exemplar unum paulo obsoletum 29. Maji (sociis 1086 etc) in rubetis ad margines silvarum circa pagum *R. g.*

## Phyllocnistis *Zeller.*

**1306. Suffusella** *Z. Linn. III. 266; HS. V. 341; Tremulella FR. „Alis ant. caudulatis antice albis, postice flavidis, ciliis nitidis, costae albis fusco-strigulatis; ex puncto apicis atro tres radii fusci.“ $2^2/_{12}$.'''* Strigula a basi prima valde est obliqua, secunda recte alam percurrit, ambae sequentes subverticales. Ab consimili Saligna absentia lineae longitudinalis ex humero exeuntis differt. — Exemplaria singula Aug. et Oct (sociis 1152, 1143 etc.) ad margines mixtae silvulae *Dąbrowa et* querceti *B.*

*Volat secus circa Vindob. Berol. Francof., Glog., Warmbrunn in Toscana.*

## Cemiostoma *Zeller.*

**1307. Spartifoliella** *H. Z. Linn. III. 273 et Is. 214; HS. V. 342. „Alis ant. caudulatis niveis, fascia costali obliqua pone medium apiceque in margine strigulato luteolis, macula ad angulum ani atra argyreo-pupillata.“ $3^1/_2$.'''* In costae apice conspiciuntur 7 strigulae; 1 et 2 commemoratam fasciam luteolam alae vix dimidium attingentem et ad angulum analem spectantem includunt, spatium inter 2 et 3 colore quoque luteolo repletru,

http://rcin.org.pl

quam ob rem alae bifasciatae esse videntur. — Formosissimum hoc microlepidopteron obvenit in nostratibus satis frequenter in fruticosis et ad margines silvarum circa *R. g.* et *L.* Volat ab ultimis diebus Maji usque ad finem Junii (sociis 1086, 690 etc).

*Viget secus in Gallia bor., ad Londinum, Dresdam, Glog., Reichst., in Toscana.*

## Opostega *Zeller.*

**1308. Crepusculella** *FR. Z. Linn. III. 284 et Is. 214; HS. V. 360.* „*Alis ant. niveis, puncto apicis atro, strigula costae mediae strigaque fracta intralimbali obsoletis lutescentibus; posterioribus cinerascentibus.*“ $3^1/_2$—4.''' Volat sub vesperum infinito prope numero in uliginosis silvarum circa *R. g.*, in udo prato *St. w ł.* et in pratis foenariis montanarum vallium circa *Wołcze*; 25. Junii—24. Julii (sociis 460, 1195, 6 etc).

**1309. Salaciella** *Tr. IX. 2. 180; Z. Linn. III. 280 et Is. 214; HS. V. 360.* „*Alis nitidis, ant. niveis, poster. exalbidis, antennis lutescentibus, capillis antice elevatis niveis* “ $4^1/_2$.''' Minoribus Cygnipennellae exemplaribus similis. Exemplar unum 12. Junii prope oppidulum *Janow* in collinis P. P. Volabat sub vesperum per humiles plantas in aridissimis sterilibus arenosis, Pinis silvestribus parce obsitis. In campestri-collino tractu *Janow*, speciatim vero in regionibus inter oppipulum ejusdem nominis pagumque *Lelechówka*, in quibus campestre pinetum *R.*, quercetum *P. R.*, calcareo arenosa collina *Pr.*, *P. P.*, *Szyp*, porro sabuleta aperta pratumque humidum *Max.* 12. et 13. Junii perscrutabar, obvia mihi fuerunt sequentia lepidoptera: 7, 27—29, 32, 35, 42, 47, 55, 57, 73, 76, 80, 87, 89, 91, 94, 97, 100, 101, 152, 187, 188, 176, 189, 194, 197, 201, 251, 269, 320, 395, 340, 404, 407, 408, 411, 426, 429, 430, 431, 433, 434, 446, 447, 461, 463, 464, 467, 468, 478, 486, 493, 505, 506, 512, 515, 531, 545, 548, 549, 544, 550, 557, 559, 564, 566, 570, 597, 599, $599^1/_2$, 609, 613, 623, 625, 627, 645, 656, 674, 680, 683, 697, 698, 700, 704, 716, 719, 722, 728, 729, 733, 734, 743, 749, 763, 767, 760, 774, 777, 779, 781, 783, 785, 794, 799, 798, 800—803, 816, 817, 828, 834, 840, 843, 873, 875, 877, 886, 888, 895, 900—902, 904, 928, 947, 948, 951, 953, 955—957, 965, 968, 982, 989, 996, 1003, 1035, 1053, 1074, 1078, 1080,

http://rcin.org.pl

1100, 1101, 1120, 1133, 1137, 1142, 1144, 1146, 1149, 1150, 1151, 1161, 1163, 1166, 1180, 1190, 1192, 1207, 1208, 1211, 1239, 1254, 1290, 1299, 1309, 1311, 1319, 1328, 1336, 1339, 1346. Initio Julii easdem regiones, insectis et pulcherrimis et rarrissimis vel localibus superbientes, iterata vice visitabam; lepidoptera hoc tempore conquisita speciei Neph. Argyrella (998) adjeci.

*Crepusculella obvenit secus in Anglia, Liv., ad Glog., Warmbrunn, Reichst., Pisas. — Salac.: in Liv., ad Dresdam, Glog., Ratisb., Nixdorf, Vindob., Pisas.*

## Bucculatrix Ti. (*Ceroclastis Z.*)

**1310. Cristatella** *FR. Z. Linn. III. 300 et Is. 214; HS. V. 337. „Alis ant. sericeis griseis; capillis fusco-luteis, antennis griseis, conchula modica dilute grisea.“ $3^3/_4$.'''* Exemplar unum in pratulo, betuleto *Zubrze* interposito, 30. Maji (comitibus 1275, 1266, 1296, 980, 925 etc).

**1311. Gnaphaliella** *Tr. IX. 2. 180; Z. Is. 218 et Linn. III. 293; HS. V. 340. „Alis ant. albis, maculis obsoletis lutescentibus parce fusco-squamulatis; capillis luteo fuscis; antennis griseis.“ $3^1/_2$.'''* Specimen unum in frutice ad marginem querceti P. R. 12. Junii simul cum Salaciella etc.

**1312. Hippocastanella** *Dup. Z. Is. 216 et Linn. III. 297; HS. V. 338. „Alis ant. flavis, maculis 3 cinnamomeis, linea a medio in apicem fusca; capillis flavidis, conchula pallida.“* $3^1/_4$.''' Plura specimina in Tiliis prope quecetum B. sub finem Maji.

**1313. Frangulella** *Goeze. Z. Is. 216 et Linn. III. 295; HS. V. 341; Rhamnifoliella Tr. IX. 2. 183. „Alis ant. niveis, maculis costae, fascia apiceque confluentibus luteolis fusco-pulverosis; capillis niveis; antennis albo fuscoque annulatis, conchula modica.“ $3^3/_4$.'''* Vulgaris ad margines frond silvarum circa *Radłowice górne* et *Leopolim*. Viget Junio Julioque.

**1314. Cidarella** *Ti. Z. Is. 216 et Linn. III. 287;* HS. V. 338. *„Alis ant. grosse squamatis fuscescentibus, guttarum albidarum paribus duobus oppositis; capillis ferrugineis, conchula antennarum epistomioque exalbidis.“ 3.'''* Reperitur satis frequenter Junio in Alnis glut. ad margines silvarum circa *R. g. et L.*



http://rcin.org.pl

*Crtstatella volat secus in Boh., ad Vindob., Glog., Ratisb. — Gnaph.: in, Liv., ad Berol., Glog., Dresdam, Ratisb. — Hippoc.: in Suecia, Liv., ad Berol. Jenam, Glog., Warmbrunn, Nixdorf, — Frang.: in Suecia media, Liv., ad Francof., Dresdam et Schandau, Jenam, Ratisb., in Silesia, Boh., ad Pisas.— Cidar.: in Liv., ad Berol., Glog., Vindob., Reichst. et Nixd,, in Toscana.*

## Trifurcula *Zeller.*

**1315. Pallidella** *FR. Z. Linn. III. 332; HS. V. 359. „Alis ant. exalbidis, obscurius grosse squamatis; post. cinerascentibus exalbido-ciliatis; capillis dilute ferrugineis.“ 4.'''* Specimina duo in herbosis fruticosorum antesilvaticorum circa *Leopolim* Junio.

*Invenitur secus ad Glog., Ratisb., Vindob., Reichst., in Toscana.*

## Lithocolletis *H.*

**1316. Roboris** *Z. Linn. I. 174 et Is. 217; HS. V. 322. „Alis ant. caudulatis nitide niveis, fascia baseos crocea, postice luteolis, strigulis costae 3, dorsi unica fuscescentibus, puncto apicis atro.“ 3½.'''* Reperitur frequenter in quercetis per terr. cunctum usque ad promontoria. Volat Majo et Julio.

**1317. Quercifoliella** *FR Z. Linn. I. 218 et Is. 217; HS. V. 323. „Alis ant. aureis, linea disci tenui alba ex basi ultra medium producta, strigulis costae 4, dorsi 3 albis fusco-marginatis, puncto ante marginem lilacinum nigro.“ 4.'''* Volat satis multa Majo in silvis frond. circa *R. g. et L*

**1138. Salictella** *Z. Linn. I. 207; HS. V. 328; Iteophagella Mann. „Alis ant. croceis postice fusco squamatis, linea baseos longitudinali alba, strigulis costae 4, dorsi 3 (ultimis obsoletis) niveis, apice nigro squamato.“ 4.'''* Specimina 3 in variis arboribus marginalibus silvarum circa pagum *R. g.*

**1319. Frölichiella** *Z. Linn. I. 243 et Is. 218; HS. V. 333. „Alis ant. saturate croceis, strigis 2 strigulisque 3 costae, 2 dorsi argenteis introrsus fusco marginatis, apice atro squamato; antennis cinereis, apice albidis.“ 4⅕.'''* Mirus hic papiliunculus reperitur vulgate socialiterque in quercetis circa *R. g., L.,* J. Volat Majo et Junio.

**1320. Ulminella** *Z. Linn. I. 246; HS. V. 332. „Alis*

http://rcin.org.pl

*ant. saturate croceis, strigis 2 strigulisque 2 oppositis argenteis introrsus fusco-marginatis, striola apicis argentea; antennis cinereis, apice albis.“ Vix* $3^1/_2$.''' Frequens a Majo in Aug. usque in quercetis et betuletis circa *R. g. et L.*

**1321. Cavella** *Z. Linn. I. 213; HS. V. 326. „Alis ant. aureis, lineola baseos longitudinali, striga fracta utrimque incrassata, strigulisque costae 3, dorsi 2 niveis, lineola apicis albo-excavata.“* $3^1/_4$.''' Aliquot specimina Junio simul cum priore in silvaticis pagi *R. g.*

**1322. Populifoliella** *Tr. IX. 2. 188. Z. Linn. I. 255; HS. V. 334; Fritillella Ti. „Alis ant. albis, maculis marginalibus subquadratis brunneis fusco pulvereis, striola apicis nigra.“* $3^3/_4$.'''

Procreatur a pluribus annis *Leopoli* et in omnibus vicinis regionibus infinito prope numero inveniturque a primo vere usque ad Novembrim ubique locorum per silvatica, hortos, ambulacrorum arbusta etc. Longiore mala tempestate saepius eam innumeram sub septorum tegulis et in arborum truncis latentem observandi occasio mihi fuit. Ineunte hieme gregatim ex Populis, quas ante omnia diligit et quaerit, in finitima domicilia se recipit, in quorum fenestris per totam hiemem, saepius simul cum allis micropteris domicolis, ab languente cupidissimeque aestatem exspectante collectore hilari inspectatur animo. Excepta ditione *Leopolitana* obvia mihi fuit Populifolella 26. Augusti etiam in pago *Zimnawoda*, unum circiter milliare a *Leopoli* distante, ubi solitariam Pyrum pone cauponam crescentem, acervatim sole occidente circumvolabat. In urbe *Samboria* ejusque ambitu est hoc animalculum perrarum; in omnibus reliquis regionibus perlustratis, montibus Carpathicis propioribus, omnino desse videtur.

**1323. Comparella** *FR. Z. Linn. I. 257; HS. V. 334. „Alis ant. albis, maculis marginalibus obliquis brunnescentibus fusco pulvereis, linea apicis nigra.“* $3^4/_5$.''' Priori consimilis. Specimen unum sub Betulae cortice prope *Leopolim* in betuleto *Zubrze* sub finem Martii simul cum Odontosia Sieversi.

**1324. Cramerella** *Fabr. Z. Is. 217 et Linn. I. 234; HS. V. 323. „Alis ant. niveis nitidis postice aureolis, strigulis costae 3, dorsi 2 fuscescentibus postice albo-marginatis, puncto api-*

http://rcin.org.pl

*cis rotundato atro*; *post. canis.*“ Reperitur frequenter Majo et autumno ad margines silvarum circa *R. g.* et *L.*

**1325. Amyotella** *Dup. Z. Linn. I. 180; HS. V. 322; Mülleriella Z. Is. 1839. 217.* „*Alis ant. caudulatis nitidis croceis, macula dorsi prope basim, 2 paribus macularum oppositarum maculaque apicis obliquis albis fusco-marginatis; caudula fusca; capillis flavidis.*“ $3^3/_4$.‴ Satis frequens Majo ac Junio praecipue in Quercubus silvaticorum circa *R. g. et L.*

**1326. Rajella** *L. Z. Linn. I. 185 et Is. 217; HS. V. 324.* „*Alis ant. aureis, linea basali alba utrimque fusco-marginata, strigulis costae 4, dorsi 3 albis fusco marginatis (prima costali ultra oppositam producta), striola ovata apicis atra.*“ $3^1/_2$—4.‴ Reperitur frequenter Julio atque Aug. in Alnis et Quercubus silvaticorum cuncti terr. usque ad promontoria.

*Roboris invenitur secus circa Berol. Fr, ad O., Glog., Dresdam, Reichst., Vindob.—Quercif.: ad Reichst., Vindob., Vratisl. Glog. – Salict.: ad Vindob., Fr. ad M., Turicum. — Fröhl.: in Liv., ad Glog., Gedanum, Fr, ad O., Vindob. — Ulmin.: ad Glog., Vindob., Fr. ad M. — Cav.: ad Glog., Fr. ad M., Ratisb. — Fritill.: ad Dresdam, Glog., Ratisb., Vindob., Reichstadt. — Cramer.: in Anglia, Liv., ad Ged,, Berol., Glog., Vindob., Reichstadt.— Amyot.: circa Parisios, Glog., Vindob. Reichstadt. — Rajella denique in Suecia, Liv., ad Vindob., Gedanum.*

## Tischeria *Zeller.*

**1327. Complanella** *H. Z. Is. 219 et Linn. III. 335; HS. V. 337.* „*Alis ant. luteo-vitellinis, costą postice ac limbo maris vix fuscescentibus.*“ 5.‴ Vulgatissima Junio in querectis aliisque silvis per omne terr. usque ad promontoria.

*Volat secus per Eur. usque ad Uralum, Liv., Galliam, Toscanam.*

# Pterophoridae *Zeller.*

## Alucita L.

(Platyptilus Zeller).

**1328. Rhododactyla** *SV. Z. Linn. VI. 326; HS. V. 366.* „*Alis ant. dilute brunnescenti-ferrugineis, laciniis pallidioribus,*

http://rcin.org.pl

*striga ante fissuram albida; digito tertio albido, apice brunnescenti-ferrugineo." 10.'''* Exemplar unum **12.** Junii simul cum: **1074, 1078, 1180, 1336, 1390** etc. in floridis declivibus fruticosis collinorum *Próchnik* in ditione campestri-collina *Janow*, quae non paucas species ei fere proprias et in reliqua Halicia aut non aut rarissime et parcissime occurentes numerat.

**1329. Zetterstedtii** *Z. Linn. VI. 333; HS. V. 368.* „*Alis ant. dilute ochraceis, marginibus brunnescentibus, triangulo ante fissuram brunneo, striga laciniarum pallida; digito primo subtus striga pallida notato, tertii dorso medio in ciliis atro squamato." 11½.'''* Duo specimina decolorata Julio (simul cum **339, 1172** etc) in herbosis collini betuleti *Lwowice*, plura milliaria a montibus Carpathicis distante.

**1333. Gonodactyla** *SV. Z. Linn. VI. 330; HS. V. 368.* „*Alis ant. ochraceo-griseis, costa fuscescenti, triangulo costali ante fissuram obscure brunneo, striga laciniarum pallida, ciliis laciniae anterioris posticis puncto albo notatis; digiti tertii ciliis dorsalibus in medio nigro-squamatis." 10.'''* Exemplar unum cum priore.

**1331. Nemoralis** *Z. Linn. VI. 335; HS. V. 368.* „*Alis ant. dilute ochraceis, marginibus brunnescentibus, triangulo costali ante fissuram brunneo, striga laciniarum pallidissima; digito primo subtus sine striga pallida, tertii dorso medio in ciliis atro-squamato." 12½.'''* Unum specimen pulchrum in apertis herbosis silvaticorum collinae ditionis *R. g* **14.** Augusti simul cum Satyro Semele etc.

**1332. Fischeri** *Z. Linn. VI. 337; HS. V. 369.* „*Alis ant. fuscescenti-cinereis, strigula fusca triangulo costali adnata ante fissuram plagamque albidam, striga laciniarum albida; digiti tertii dorso medio in ciliis atro-squamato." 8.'''* Exemplaria duo in pratulis subsilvaticis circa pagos *R. g.* et *Liś.*; volat Junio simul cum Pectinella, Ustulana etc.

**1333. Acanthodactyla** *H. Z. Linn. VI. 369.* „*Alis ant. brunneo-cinereis, obscure nebulosis, triangulo costali fusco ante fissuram plagamque flavescentem, striga laciniarum albida; digiti tertii dente e squamis atris dorsali." 10.'''* Exemplar unum Junio simul cum Obscura, Hieracio etc. Habitatio in pratulo intrasilvatico in querceto *Pawłówka.*



http://rcin.org.pl

(Oxyptylus Zeller).

**1334. Pilosellae** *Z. Linn. VI. 349; HS. V. 372.* „*Alis ant. minus quam ad medium fissis, rufescenti-cinnamomeis, laciniis albido bistrigatis, ciliis dorsalibus ante apicem laciniae posterioris lineam albidam indistinctam in basi gerentibus; digito tertio cinnamomeo, paulo ante apicem utrimque atro-squamato.*“ *Vix 10.*''' Plura specimina in floridis ad betuleta *Lwowiec et Krzywczyce*. Tempus vigendi menses Junius et Julius.

**1335. Hieracii** *Z. Linn. VI. 350; HS. V. 371.* „*Alis ant. minus quam ad medium fissis, laete brunneis, laciniis niveo-bistrigatis, ciliis dorsalibus ante apicem laciniae posterioris lineam albidam, distinctam in basi gerentibus; digiti tertii dorso paulo ante apicem atro squamato.*“ *9.*''' Volat frequenter sub finem Junii initioque Julii in herbosis sub-et intrasilvaticis circa *L. et J.*

**1336. Obscura** *Z. Linn. VI. 354; HS. V. 372.* „*Alis ant. minus quam ad medium fissis brunneo-fuscis, laciniis niveo-bistrigatis; ciliis costae ante apicem niveis, litura in ciliis laciniae posterioris alba; digiti tertii apice utrimque atro squamato.*“ $5^1/_2$—*6.*''' Vulgaris Junio Julioque in herbosis cuncti terr. humilioris.

(Pterophorus Geoff).

**1337. Graphodactyla** *Tr. Z. Linn. VI. 370; HS. V. 377.* „*Alis ant. ochraceo fuscescentibus, dorso, fissura plagaque laciniae anterioris gilvescentibus, striola media, puncto gemino ante fissuram lituraque laciniae anterioris fuscis, ciliis circa apicem albis; ciliis digiti tertii breviusculis.*“ $10^1/_2$.''' Duo specimina in floridis excisi betuleti *Lwowiec* sub finem Junii simul cum: **460**, **149**, **632** etc.

**1338. Fusca** *Retz. Ptilodactyla Tr. Z. Linn. VI. 371; HS. V. 375.* „*Alis ant. fuscescenti-luteis, juxta costam obscurioribus, dorso late gilvescente, puncto gemino fusco ad fissuram, costae totius linea externa angustissima albida; ciliis digiti tertii breviusculis.*“ *Vix 11.*''' Plura specimina in herbosis betuleti *Lwowiec* et silvaticorum circa *Leopolim*. Volat eodem tempore ac prior, Pectinella etc.

**1339. Pterodactyla** *L. Z. Linn. VI. 377; HS. V. 379.* „*Alis elongatis, ant. rufescenti-griseis gilvisve, puncto fusco ante*

http://rcin.org.pl

*fissuram punctulisque nonnullis marginis postici; ciliis digiti tertii longissimis.*" *11½.*''' Communissima Aug.-Nov. in silvaticis, hortis et fruticosis per cunctum terr. humilius.

**1340. Tephradactyla** *Hüb. Z. Linn VI. 381; HS. V. 380.* „*Collari epistomioque cinnamomeis, corpore exalbido; alis ant. exalbidis, atomis fuscescentibus, punctis 2 distantibus paulo ante fissuram, uno costali post laciniae anterioris medium aliisque circa laciniarum apices fuscis.*" *10.*''' Reperitur vulgate Julio ubivis circa *R. g. et L.*

**1341. Carphodactyla** *H. Z. Linn. VI. 386; HS. V. 381.* „*Collari epistomioque brunnescentibus, corpore alisque ant. dilutissime sulphureis, his striola costali post laciniae anterioris originem, puncto uno ad fissuram alisque in laciniarum apicibus fuscis.*" *8.*''' Exemplar unum in betuleto *Lwowiec* 13. Julii in societate Tortricis Viburnanae etc.

**1342. Microdactyla** *H. Z Linn. VI. 388; HS. V. 380.* „*Collari epistomioque cinnamomeis; alis ant. dilutissime sulphureis, atomis fuscis crebrioribus, punctis costalibus laciniae ant. 2, uno obsoleto ad fissuram aliisque circa laciniarum apicis fuscis.*" *8.*''' Specimen unum in supra commemorata silvula 21. Julii sociis Porata etc.

**1343. Osteodactyla** *Z. Linn. VI. 388; HS. V. 381.* „*Collari epistomioque brunnescentibus, corpore alisque ant. dilutissime sulphureis, his puncto ad fissuram fusco, litura costali laciniae anterioris fuscescente.*" *9½.*''' Specimina duo in herbosis betuleti *Lwowiec* 11. Julii comitibus Acidalia Moniliata etc.

**1344. Brachydactyla** *Koll. Z. Linn. VI. 389; HS. V. 381.* „*Alis fuscis, costa ant. ciliisque albido maculatis.*" *8½.*''' Specimina 3 ultimis Junii diebus initioque Julii *Leopoli* in monticulo *Wysoki zamek* et in silvaticis inter *L. et Wi.*

(Acoptilus Zeller).

**1345. Spilodactyla** *Curt. Z. Linn. VI. 391; HS. V. 383.* „*Alis ant. albidis basi griseo-pulverulenta, litura ad fissuram fuscescenti; poster. cinereis, ciliis omnibus albis fuscescenti maculatis.*" Specimen unum simul cum Microdactyla.

**1346. Tetradactyla** *L. Z Linn. VI. 394; HS. V. 385.*

http://rcin.org.pl

*„Capite cinnamomeo; alis ant. vix ad medium fissis, exalbidis antice lutescentibus, laciniis albidis, costa laciniae ant. praeter apicem fusca.“ $10^1/_2$.'''* Frequentissima omnium Alucitarum. Volat sub finem Junii totoque Julio per cunctum terr. usque ad valles montanas.

**1352.** *) **Pentadactyla** *L. Z. Linn. VI. 397; HS. V. 385. „Tota nivea.“ 13.'''* **) Reperitur frequenter Junio-Aug. in hortis circa *S. et L.* In silvaticis rarior.

*Rhodod. et Fischeri reperiuntur secus hinc inde per Eur. usque ad Galliam, Angliam, Succiam, Livoniam, Finlandiam, Toscanam.— Zell: u. ad Angl., Lapponiam, Tosc.; in m. Sudetis, in Alpibus.— Gonod.: u. ad Angl., Liv., Tosc. — Nemor.: in Alpibus, m. Sudetis, in Bohemia, Bavaria — Acanth.: u. ad Siciliam, Sinum Bothnicum, prov. Orenburg, Brussam in Asia minori, Gall. et Angl. — Pilos.: u. ad Angl. et Lapp. — Hieracii a Liv. u. ad Italiam. — Obscura u. ad Angl., Liv., Finl., Ital., Asiam min.— Graphod. in Alpibus. — Fusca u. ad Liv., Suec., Casanum, Dalmatiam — Pterod.: u. ad Gall et Angl, Schoniam et Gothlandiam, Casanum, Siciliam. — Tephrad.: ad Vindob., in Silesia, Liv., — Carphod.: in Austria, Germ., Silesia, Hung., Sicilia in Casano. – Microd.: u. ad Angl., Liv., Asiam min. — Ostsod.: u. ad Lapp., Angl., Tosc.; in m. Sudetis in Alpibus. — Brachyd.: u. ad Angl., Germ., Asiam min. (Brussa). — Spilod.: u. ad Hispaniam merid., Parisios, Angl., prov Orenburg, Italiam. — Tetrad.: u. ad Carniolam, Parisios, Angl., prom. Uralensia, Finl. — Pentad.: u. ad Succiam merid Casanum, Caucasum, Neapolim, Brussam.*

---

*) *Propter commissos errores in numerandis speciebus (vide numeros 78, 188, 425, 501, 566, 599, 607, 629, 1093, 1259, 1277, 1282) sequitur nunc numerus 1352, non 1347.*

**) *Ad determinationem magnitudinis seu adcuratius dictum longitudinis inter alas expansas pollex Vindobonensis in 12 lineas divisus, adhibitus est.*

http://rcin.org.pl

## Geometrae.

**1369. Crocallis Elinguaria** L. HS. III. 44; OT. VI. 1. 153. „Alis ant. flavis, fascia lata obscuriore, lunula media magna nigra; post. pallidioribus, linea transversa obsoletissima, puncto medio fusco." 18.''' Unum marem in pruneto ad marginem silvarum inter L. et Wi. initio Junii (sociis Imperialella, Fröhlichiella, Pollinariella etc. (vide 1435).

**1370. Boarmia Lichenaria** Hufgl. HS. III. 82; OT. VI. 220. „Femina: alis viridi cinereoque variis, strigis 2 nigris albo-marginatis aream mediam latam includentibus, anteriore recurva, poster. tota acute dentata et in alas poster. continuata." 14.''' Unam feminam in sepulcreto oppiduli Bursztyn 18. Julii (sociis 92, 397, 480, 544, 682, 685, 739, 749, 803, 820, 888, 932, 1069, 1149, 1166, 1197, 1339, 1352).

**1371. Synopsia Sociaria** H. HS. III. 78, OT. VI. 1. 215. „Mas: alis fusco-griseis, strigis duabus obliquis nigris dilutam aream mediam subangustam includentibus, anteriore ante costae medium, posteriore ad $^3/_4$ excurrentibus, hac antice bis, postice semel fracta alasque poster. limbo multo propius percurrente." 15.''' Differt ab consimili Cinctaria defectu strigae mediae. Unum marem inter frutecta querceti P. R. 29. Junii (sociis 1351 etc.).

**1372. Cidaria Firmata** H. HS. III. 171; OT. X. 2. 197. „Alis ant. cervinis, basi cum fascia media subferrugineis, hac strigis simplicibus sinuatis terminata, apice non diviso; alis post. innotatis subcarneo-albis; antennis pectinatis." 14.''' Unum marem in Corylo avellana ad marginem betuleti Zubrze Septembri sociis 12, 78$^1/_2$, 856, 874, 1116, 1181, 1379, 1381, 1383.

**1373. Cidaria Alaudaria** Freyer. Culmaria HS. III. 155. „Alis albis, capite, thorace, area basali parva, macula costali media (in lineas continuata) areaque limbali (linea undulata albida divisa) fuscescentibus." 13.''' Magnam habet cum majore Procellata (15''') similitudinem. Striga postica duplex non conspicua; area media alba in aream limbalem fuscam in cellulis 2 et 3 fere ad lineam undulatam usque continuatur; apud Procellatam interrumpit color albus aream limbalem fuscam post lineam undulatam in cellulis 3 et 4. Pulchram hanc speciem, quae testante



http://rcin.org.pl

Dn. Schäfferio Alpes Styriae et Austriae inhabitat, in Halicia in agro Podolico Leopolitano speciatim vero in collinis silvaticis circa pagos Hołosko et Lisienice inveni. Ex tribus speciminibus, quae mihi ad id tempus obvia fuerunt, cepi unum 20. Maji in floridis mixtarum silvarum frond. ad pedem monticuli Czartowska skała, duo alia 23. Junii in Genista tinctoria et Cytiso nigricante in prosilvio piceti Swińka prope pagum Hołosko, ad quem tunc tempore pomeridiano comite Dn. Zimmermann excucurri.

**1374. Cidaria Aptata** H. HS. III. 148; OT. VI. 142. „Alis albidis, atomis virescentibus, striga baseos fasciaque media (lineata, pone medium majore cuspide) fuscis, striga posteriore duplici lata alba, maculis 4 nigricantibus versus apicem in linea undulata alba." 11.''' Medium inter Olivatam et Ocellatam tenet. Exemplar unum 21. Julii in montani oppiduli Peczyniżyn floralibus. Volabat ibidem tempore vespertino per flores simul cum: 116, 293, 226, 303, 372, 392, 397, 394, 424, 473, 511, 584, 559, 596, 625, 631, 670, 681, 685, 1340, 1394, 1376. In alvearibus reperi hic porro Alveariam, Mellonellam et Anellam, in domiciliis et in apertis species: 4, 45, 126, 165.

**1375. Eupithecia Absynthiata** L. Minutata SV; HS. III. 120 et 131; OT. VI. 105. „Alis subhepaticis, costa nigro maculata, lunula media magna nigra, linea undulata postice bis niveo dilatata." 8.''' Exemplar unum Leopoli in sepe viva Majo. Eodem mense reperiuntur Leopoli et per silvatica circumjacentia sequentes lepidopterorum species: 1. 2. 9. 13. 24-26. 35. 41. 44 50. 52. 60. 61. 72. 80. 89. 90 94. 97. 100. 102. 107. 114. 120. 146. 155. 156. 160. 189 196. 208. 210. 249. 252. 279. 298. 299. 324. 398. 410. 414. 431. 472. 474. 477. 479. 480. 485. 486. 491. 511. 512. 535. 550. 551. 559. 568. 572. 607. 622. 636. 644. 646. 649. 661. 683. 691. 700. 707. 708. 730. 735. 777. 783. 790. 803. 805. 814. 820. 825. 826. 828. 829. 831. 840. 853. 856. 868. 874. 897. 899-903. 926. 928. 932. 940. 942. 981. 1017. 1019. 1031. 1038. 1040. 1043. 1046. 1047. 1054. 1075. 1076. 1077. 1112. 1135. 1144. 1162. 1163. 1185. 1214. 1231. 1244. 1247. 1248. 1252-1257. 1259. 1268. 1273. 1290. 1295. 1298. 1304. 1307. 1316. 1317. 1324-1327. 1354. 1367. 1373 1375. 1396. 1410. 1421. 1431-1433. 1451-1455. 1457. 1458. 1460-1465. 1467-1470. 1472. 1474.

http://rcin.org.pl

## Noctuae.

**1376 Clidia Geographica** F. HS. II. 178. „Alis griseo-ochraceis, strigis ambabus angulatis albis, extus fusco terminatis, ciliis albo fuscoque variis.“ 12.‴ Habet remotiorem cum Scopula Dentali similitudinem. Exemplar unum in floralibus oppiduli Peczyniżyn 21. Julii simul cum Cidaria Aptata etc.

**1377. Bryophila Perla** F. HS. II. 185; OT. VI. 1. 61. „Alis exalbidis, strigis transversis undatis maculisque duabus fuscis; alis post. maculis limbalibus intercostalibus albis.“ Vix 12.‴ Exemplaria tria medio Augusto in domiciliis in oppidulo Kołomyja.

**1378. a. Mythimna Virens** L. HS. II. 193; OT. V. 2. 276. „Capite, thorace alisque anter. laete viridibus, hae lunula perparva media alba; abdomine ac alis post. albis.“ 18.‴ Tria specimina (duo pulcherrima, tertium decoloratum) in ruinis arcis oppiduli Halicz 19. Julii (sociis: 2, 4, 6, 73, 76, 92, 397, 663, 800, 803, 857, 1061).

**1378. b. Caradrina Ambigua** SV. OT. V. 2. 262. Plantaginis Hüb. HS. II. 211. „Alis ant. flavo-griseis, fusco adspersis, strigis 2 transversis (ex punctis) nigris (anteriore obsoletiore), venis postice griseis, maculis solitis magnis fundo subobscurioribus pallideque flavo cinctis, linea undulata intus obscurius terminata, alis post. albidis, punctis fuscis juxta limbum.“ 15.‴ Feminam unam initio Julii Leopoli in monticulo W. z. (sociis 1389 etc).

**1379. Xanthia Aurago** F. HS. II. 216; OT. V. 363. „Alis ant. area basali et limbali subcerasinis, strigis ambabus dilutiorem aream mediam terminantibus maculaque apicis (in lineam undulatam continuata) flavis, maculis disci solitis obsoletissimis; poster. flavidis juxta limbum rubentibus.“ 14.‴ Exemplar unum Sept. in novellis fagetis inter L. et. W. (vide 1372).

**1380. Xanthia Silago** H. (Togata Esp). HS. II. 217; OT V. 2. 367. „Alis ant. citrinis, maculis badio purpureis (2 anticis costalibus, posticis in fasciam latam confluxis), striga punctorum fuscorum antelimbali.“ 14.‴ Exemplaria duo in silvaticis circa Leopolim; alterum inveni ego in Filice ad marginem nemoris Krzywczyce, alterum Dn. Zimmermann in Corylo ad mar-

http://rcin.org.pl

ginem betuleti Zubrze; sub finem Augusti (comitibus 362, 434, 497, 498, 548, 593, 908, 910, 911, 912, 916, 921, 1069).

**1381. Xanthia Sulphurago** F. HS. II. 218; OT. V. 2. 365. „Alis ant. pallide-ochraceis, fusco punctulatis, strigis ferrugineis, loco maculae reniformis duobus annulis fuscis; post. exalbidis.“ 14.'" Exemplar unum Septembri in querceto Bednarówka prope Leopolim (vide 1372).

**1382. Hydroecia Citrago** L. HS. II. 221; OT. V. 2. 357. „Alis ant. citrinis, ferrugineo adspersis, strigis, ambitu macularum venisque ferrugineis; post. albido-flavis.“ 16.'" Exemplar unum sub finem Augusti in vetustissimo querceto ante oppidulum Ottynija simul cum Crambo silvello.

**1383. Xanthia Lineago** Guen. Lederer Noctuinen Europas p. 148. „Alis ant. rufo-griseis, strigis ambabus et undulata, ambitu macularum venisque postice dilutioribus, punctulo maculae reniformis distinctissimo albo; post. albis, juxta dorsum obscurioribus.“ 16.'" (An varietas speciei Gilvago SV.? „Alis ant. flavis, strigis macularibus ad basim et medium seriebusque punctorum in area limbali fuscescentibus; post. exalbidis.“).—Exemplar unum Sept in fruticosis herbidis ad betuletum K. (vide 1372).

**1384. Oporina Croceago** SV. HS. II. 320; OT. V. 2. 360. „Alis ant. flavo-ferrugineis, maculis solitis vix dilutioribus, strigis obscurioribus, costa extus albo quinquemaculata.“ 15.'" Exemplar unum in querceto B. Septembri (simul cum 1381).

**1385. Mesogona Oxalina** H. HS. II. 221; OT. V. 2. 178. „Alis ant. subviolaceo-griseis medio obscurioribus, ambitu macularum magnarum, strigis ambabus mediis (aream mediam terminantibus) versus dorsum valde convergentibus strigaque undulata pallidioribus“ 18.'" Exemplar unum satis pulchrum involavit noctu 16. Aug. in pago Biłoberezka ex pomario in domicilium, in quo domum rediens, pernoctabam (vide 1359 et 1353).

**1386. Mesogona Acetosellae** SV. HS. II. 221; OT. V. 2. 179. „Alis ant. helvolis totis, ambitu macularum strigisque ambabus postice convergentibus cinereis, subflavo adnatis; posticis fuscescentibus margine brunneo.“ 19½.'" Strigae ambae aream

http://rcin.org.pl

mediam terminantes in dorsum ita exeunt, ut hoc in 3 aequales dividitur partes. Exemplar unum 21. Augusti Samboriae in floralibus. Volabat sub noctem (in societate specierum 264, 391, 393, 396, 397, 434, 483, 583, 688, 815, 954, 969, 978, 1117, 1339, 1352, ceterum vide 1366) per flores, quibus ad nectar sugendum paulisper insidet.

**1387. Cosmia Fulvago** SV. HS. II. 223; OT. V. 380. „Alis ant. flavo-ochraceis, strigis ambabus subparalellis ferrugineis, maculis ambabus pallidioribus, reniforme macula nigra, punctis limbalibus nigris.“ 19.‴ Exemplar unum medio Augusto in Populo tremula in betuleto inter Bednarów et Kałusz.

**1388. Polia Flavicincta** F. HS. II. 259; OT. V. 2. 27. „Alis cinereis, griseo et fulvo-mixtis, maculis solitis indeterminatis, area media subangusta, strigis ambabus et undulata obscurioribus.“ 19.‴ Dysedeae similis. Exemplar unum obsoletum in pomarii septo in montano oppidulo Kutty.

**1389. Polia Dysodea** H. HS. II. 266; OT. V. 2. 16. „Varians; alis ant. cinereis, area media obscuriore strigis dentatis terminata, his, maculis orbiculari et reniforme lineaque undulata laete aurantiaco adumbratis.“ 15—14.‴ Volat pervesperi Leopoli in monticulo Wysoki zamek per florida inculta imprimis Echio, Anchusa, Salvia, Alysso incano, Coronilla, Oenothera et Trifolio convestita; initio Julii (sociis 23, 99, 118, 119, 120, 193, 244, 273, 280, 282, 287, 302, 303, 333, 343, 360, 380, 386, 387, 400, 444, 511, 538, 540, 561, 676, 680, 699, 789, 849, 878, 968, 1000, 1133, 1154, 1170, 1219, 1234, 1378 b, 1391, 1392, 1394, 1398, 1402, 1403, 1418, 1430, 1434, 1446, 1447, ceterum vide 1412 etc.). Monticulum Wysoki zamek hoc anno comite D. Zimmermann noctuque et vesperi saepius perscrutabar. Quotiescumque hic fui, semper plura lepidoptera exoptata et nova capere mihi contigit, quae numerum inventarum a me hactenus specierum non mediocriter ampliaverunt.

**1390. Apamea Captiuncula** Tr. V. 2. 96; HS. II. 283. „Alis ant. fuscis, strigis ambabus albidis, posteriore maculam reniformem amplectente.“ 7.‴ Specimina duo 8. Augusti in Mughi regionibus in montosis Czornahora. Volabant per florida



http://rcin.org.pl

ad tugurium pastoris alpini in societate Pyrrhae, Alpestrana, Alpinelli, Taenielli, Pauperelli, Furunculae. Per declivia vero summaque cacumina alpinorum tumulorum Howerła, Szpyci et Pohane misce vagabantur praeterea species: 101, 397, 448, 541, 542, 597, 606, 618, 619, 664, 665, 800, 808, 973, 974. Posteriora haec lepidoptora etiam in aliis alpibus visitatis observavi.

**1391. Apamea Furuncula** SV. HS. II. 284; OT. V. 2. 92. „Area basali et limbo fuscis, medio albido, in hoc macula reniforme puncto nigro." 10—11.''' Volat satis multa Julio per florida in Leopolitano monticulo Wysoki zamek simul cum Dysodea etc., porro Augusto in alpinis Czornahora in societate specierum Captiunculae adjectarum.

**1392. Apamea Suffuruncula** Tr. V. 2. 97; Erraticula H. HS. II. 285. „Alis ant. violaceo cinereis subunicoloribus, signaturis obsoletissimis." $9^1/_2$.''' Exemplar unum Julio Leopoli in floridis monticuli W. z. (sociis 1389 etc.).

**1393. Miselia Bimaculosa** L. HS. II. 289; OT. V. I. 408. „Alis ant. cinereis fusco mixtis, macula reniforme albidiore; poster. duabus maculis magnis fuscis." 21.''' Exemplar unum medio Augusto in septo oppiduli Kałusz (sociis 1286 etc.).

**1394. Neuria Saponariae** Esp. HS. II. 293; OT. V. 1. 303. „Alis fuscis, roseo mixtis, costis usque ad strigam posticam, hac, maculis rotunda et reniforme lineaque undulata (signum W formante) pallidioribus." 17.''' Volat satis frequenter sub noctem Julio Leopoli in monticulo W. z. (sociis 1389 etc.), porro in floralibus oppiduli Peczyniżyn (vide 1374).

**1395. Chariptera Culta** F. HS. II. 294. OT. V. 1. 395. „Alis ant. fusco-griseis, strigis, maculis ambabus (rotundata duplicata), lineaque undulata niveis, nigro cinctis; posterioribus albis, macula postica nigra." $17^1/_2$.''' Pulcherrimam hanc Noctuam reperi specimine unico in sepulcreti septo in oppidulo Janow 29. Junii (sociis 1361 etc.).

**1396. Valeria Oleagina** F. HS. II. 294; OT. V. 1. 401. „Alis ant. viridibus, maculis ambabus albis, rotunda nigro pupillata; poster. albis limbo fusco." 19.''' Unum

http://rcin.org.pl

marem Leopoli in septo pomarii adversus hortum botanicum Majo (vide 1375 etc.).

**1397. Cucullia Absynthii** L. HS. II. 310; OT. V. 3. 92. „Alis ant. canis, strigis ambabus (anteriore duplici) punctisque loco macularum et limbalibus nigris.“ 18.‴ Exemplar unum ultimis Julii diebus in pago Żabie in Tamarice germanica frequenter ad fluminis Czeremosz ripam sinistram crescente (vide 1353).

**1398. Plusia Asclepiadis** SV. HS. II. 391; OT. V. 3. 142. „Alis ant. ex fusco nigricantibus, area basali et limbali roseo-mixtis, costis post lineam undulatam tenue nigris.“ 15.‴ Exemplar unum Julio sub noctem in floridis monticuli Wysoki zamek sociis: Dysodea etc.

**1399. Herminia Grisealis** H. HS. II. 383; OT. VII. 9. „Alis ant. testaceo-griseis, striga anteriore rectissima, posteriore flexuosa lineaque undulata intus subconvexa fuscis, hac in a. ant. in apicem excurrente, in a. post. ad ang. ani obtuse fracta.“ 10—12.‴ Volat frequenter toto Junio simul cum aliis Herminiis in silvaticis et fruticosis circa R. g. et L.

**1400. Acontia Solaris** SV. (Lucida Hfgl). HS. II. 418; OT. V. 3. 244. „Alis nigris, anter. macula una ad apicem costali, una ad angulum posticum albis, basi alba plumbeave, macula reniforme numerum8mentiente; poster. dimidio basali cum ciliis albis vel nigris fascia maculari alba.“ 13.‴ Exemplaria duo in varietatibus Julio in fruticosis herbidis circa pagum Bilcze.

## Tortrices.

**1401. Tortrix Palleana** Mazz. HS. IV. 172; OT. VIII. 99. „Alis ant. stramineis nitidulis, post. dilutioribus; omnibus innotatis.“ $9^1/_2$.‴ Exemplar unum medio Julio in Quercu in Leopoliensi horto botanico (vide 1412).

**1402. Eupoecilia Dipoltana** H. HS. IV. 180; OT. IX. 2. 127. „Alis ant. argenteis, fasciis 4 irregularibus transversis albis; post. fuscescentibus.“ 6—7.‴ Volat satis frequenter Leopoli per sterilia sabuleta in monticulo W. z. Junio et Julio (simul cum Citrana, Rosetana, Graphana, Strigana, Foeneana, Ru-

http://rcin.org.pl

sticella, Niveata, Ornatipennella, Argyrella (frequens), Achatinella (copiosa), Humerello, ceterum vide 1412 et 1435.

**1403. Cochylis Kindermanniana** Tr. VIII. 276; HS. IV. 184. „Alis ant. stramineis argenteo mixtis, fascia obliqua ante medium maculisque post medium (una costali, una dorsi triangulari ad angulum rufis; post. fuscescentibus.“ 6.‴ Plura specimina Leopoli in vervactis floridis monticuli W. z. initio Julii (simul cum priore, Dysodea etc.).

**1404. Sciaphila Penziana** H. HS. IV. 198; OT. VIII. 186. „Alis ant. lacteis, fascia una pone basim postice fracta, una media lacera maculisque pluribus areae limbalis obscurioribus; post. albidis.“ 10.‴ Exemplar unum in Pino silvestri in collinis Próchnik prope Janow 29. Junii sociis: Gysseleniella, Abietella, Olivana, Assimilella, Chrysanthemana, Wahlbomiana, Minusculana, Strobilana, Ingratella et Nebulali (quas ambas species ad id tempus solum in alpibus Pikuj, Zelemio et Szpyci inveni), Mercurella etc. (vide 1361).

**1405. Sericoris Flavipalpana** FR. HS. IV. 213. „Alis subferrugineis, cinereo mixtis, basi, fascia media, macula una dorsi anteanali, una ex medio limbo oblique costam versus (hanc non attingente) obscurioribus; palpis flavis.“ 7.‴ Magnopere minori Cespitanae (6‴) se appropinguat, quae tamen colore alarum obscuriore palpisque fuscis est insignita. Volat toto Junio simul cum Cespitana in pratis et sabuletis aridissimis circa Leopolim et Janow (vide 1435, 1355, 1361).

**1406. Sericoris Olivana** Tr. VIII. 151; HS. IV. 214. „Alis ferrugineis, fusco adspersis, fasciis aream mediam terminantibus subargenteis; ciliis in medio albis, in apice et ad angulum obscuris albo-sectis.“ $7^3/_4$.‴ Reperitur frequenter sub finem Junii in collinis Próchnik-Szyp prope Janow. Plura specimina capta diu de Pinis silvestribus excitavi, alia vesperi per herbosa declivia variis fruticibus obsita sua sponte volabant. Quoad comites videant lectores species 1355, 1361.

**1407. Soricoris Lucivagana** Zell. (Lucana Guen.); HS. IV. 217. „Alis ant. basi, fascia media apiceque lata subolivaceo-fuscis, fasciis duabus aream mediam terminantibus albidis;

http://rcin.org.pl

ciliis obscuris, in medio et angulo ani albis." 7.'" Macula limbalis in apicem diffunditur, quare hic obscurus; fascia posterior alba in angulum analem continuatur, fascia obscura media in medio subflavo interrupta. — Exemplar unum in dumosis ad marginem betuleti Lwowiec 30. Junii (simul cum 460 etc.).

**1408. Coccyx Clausthaliana** Ratzeb. HS. IV. 220; Hercyniana Tr. VIII. 130. „Alis ant. fuliginosis, strigulis punctisque numerosis subargenteis, vix in rivulos transversos saepe geminatos condensatis, punctis ocellaribus duobus." 7.'" Resinanae similis. Exemplar alterum sub finem Julii in Abiete excelsa prope Żabie, alterum 23. Junii in Pino silvestri in campestri-collina ditione Janow. (vide 1353 et 1355)

**1409. Coccyx Nanana** Tr. X. 3. 80; HS. IV. 220. „Alis fuscis, cupreo subnitentibus, signaturis confusis, punctis ocellaribus in cellula 5, 6 et 1 b cilia non dividentibus; capite testaceo-cinereo." 4½.'" Exemplar unum in piceto Świnka 9. Junii (comitibus Kollariella, Retinella, Fundella, Serratella, Diffluella, Tenebrella etc.).

**1410. Coccyx Turionana** L. HS. IV. 222; OT. VIII. 136. „Alis ant. cinnamomeo rufescentibus, strigis crebris intricatis argenteis; post. albis apice obscurioribus; capite cinnamomeo." 9.'" Pudendanae similis. Exemplaria duo in piceto Świnka 19. Maji sociis: Abiegnana, Fagicolella, Parvulella, Argentipedella, Anthyllidella, Caesiella, Longestriatella, Trilinearia, ceterum vide speciem 1375.

**1411. Penthina Ochroleucana** H. HS. IV. 227; OT. X. 3. 48. „Alis ant. parte interna majore nigricante fasciamque interruptam ocholeucam continente, parte apicali ochroleuca ferrugineo-fusco notata; post. fusco-cinereis." 9.'" Exemplar unum in dumetis ad betuletum Krzywczyce 11. Julii simul cum Mayrella, Pectinella, Margaritaria, Begrandaria etc. (vide 1412).

**1412. Penthina Roborana** SV. HS. IV. 233; OT. VIII. 30. „Alis ant. albis, basi juxta costam effusa maculaque dorsi anteanali atro terminata fuscis, puncto medio didymo atro, apice rufescente pustulisque tribus atris." 9.'" Exemplar unum Leopoli in roseto monticuli W. z. initio Julii (sociis 1389 etc).



http://rcin.org.pl

Mense Julio leguntur Leopoli et in silvis circumjacentibus sequentes lepidopterorum species; 23, 27, 38, 86, 99, 104, 118, 119, 120, 151, 152, 169, 177, 179, 186, 193, 201, 202, 241, 244, 249, 252, 261, 269, 273, 274, 280, 282, 287, 293, 294, 299, 302, 303, 312, 320, 322, 329, 334, 333, 343, 360, 380, 386, 387, 391, 396, 397, 400, 402, 429, 433, 434, 448, 471, 483, 485, 495, 511, 513, 538, 540, 544, 560, 561, 570, 599, 614, 620, 625, 631, 646, 656, 658, 659, 667, 676, 680, 681, 682, 686, 699, 728, 739, 749, 760, 761, 769, 770, 778, 779, 789, 801, 810, 818, 819, 823, 824, 840, 849, 874, 878, 900, 929, 950, 954, 968, 975, 977, 987, 988, 998-1001, 1057, 1066, 1079, 1089, 1133, 1154, 1155, 1166, 1168, 1170, 1182, 1183, 1196, 1201, 1209, 1219, 1234, 1236, 1358, 1360, 1378 b, 1389, 1391, 1392, 1394, 1401, 1402, 1403, 1412, 1411, 1415, 1417, 1418, 1430, 1434, 1437, 1438, 1439, 1446, 1447 1476.

**1413. Semasia Messingiana** FR. HS. IV. 244. „Alis albido-ochraceis, speculo oblongo in costam producto, strigulis 2 supradorsalibus longitud., una ex apice duabusque costalibus post hanc (basim versus spectantibus), nigris; post. cinereis albo ciliatis.“ 11.‴ Exemplar unum Leopoli in aridis sabuletis monticuli Wysoki zamek 24. Augusti (comitibus 6, 229, 480, 686, 760, 785, 926, 963, 1352, 1423).

**1414. Semasia Albidulana** FR. HS. IV. 245 „Capite, thorace alisque ant. albidis, his juxta lineam mediam longit. lutescenti griseis, striga ex apice nulla, hamulis ad ang. ani vergentibus, speculo nigro bipustulato; post. griseis albo-ciliatis.“ 8.‴ Exemplar unum prope J. in sabulosis declivibus collinorum P. P. 29. Junii comitibus: Seliniella, Pomposella, Adornatella, Subornatella, Caelebipennella, Galiipennella, Aridello, Hieracio, Baliodactylo, Fasciaria (carnea), Sebro, W-albo etc.

**1415. Semasia Citrana** H. HS. IV. 245; OT. VIII. 273. „Capite thoraceque albis, alis ant. citrinis, striga ex apice versus alae medium maculisque disci binis ante et pone medium (saepe in fascias plus minus percurrentes ampliatis) flavicantibus, hamulis ad ang. ani directis; speculo coeco aut nigro punctato.“ 8—9.‴ Reperitur gregatim Leopoli in sterilibus sabulosis monticuli W. z. Volat vesperi sub finem Junii initioque Julii in societate Dipoltanae, Adornatellae, Ornatipennellae, Graphanae, Rosetanae, Striganae, Sexpunctellae, Lotellae etc. (vide 1389).

http://rcin.org.pl

**1416. Roxana Boisduvaliana** Zell. HS. IV. 250. „Alis ant. olivaceo-ferrugineis, maris crebre, feminae dense punctis nigris conspersis (quare hae quasi nigro fuscae), strigis 5 coeruleo-plumbeis, 1 et 2 ad basim verticalibus, posterioribus obliquis; post. fuscis albido ciliatis.“ Mas 6, fem. $7^1/_2$.‴ Speciem hanc, quae testante D. Schäfferio in Livonia obvenit Abietesque pect. ibidem inhabitat, 30. Junii satis multam prope L. in humidiusculo nardeto ad betuletum Zubrze in tali igitur inveni regione, in qua nullibi dantur Abietes pectinatae. Specimina capta vagabantur jam post solis occasum prope ipsam humum in societate Cuspidellae, Ligulellae, Laminellae, Pollinariellae, Cygnipennellae, Pomposellae, Micellae etc.

**1417. Grapholitha Roseticolana** Zell. HS. IV. 256. „Alis ant. fuscis, costa ad apicem 8 hamulis albis lineisque chalybeis, puncto ocellari pallido cilia plumbea linea dividenta (balsi propiore) acute nigra dissecante, speculo nigro punctato, exstus plumbeo-cincto.“ $6^1/_2$.‴ Volat solitarie Junio, frequentius Julio, per herbosa et dumeta ubique locorum usque ad valles montanas. (L., l., Czp., R. g., W.).

**1418. Grapholitha Monticolana** Mann. „Alis ant. fuscis parce aurantiaco adspersis, lineis plumbeis ex hamulis costalibus albidis, punctis majoribus juxta limbum duobusque minutulis speculi plumbeo-cincti nigris; puncto ocellari nullo.“ 6.‴ Exemplar unum initio Julii in pruneto Leopoliensis monticuli Wysoki zamek simul cum Roborana, Bergmanniana, Chrysanthemana etc. (vide 1389).

**1419. Grapholitha Alpestrana** FR. (Montanana FR.). HS. IV. 260. „Capite et thorace luteis, alis ant. lutescenti griseis, pallide trosverse rivulosis, macula dorsi medii pallida obsoleta fusco partita, punctis limbalibu nigris; ciliis basi apicefuscis, in medio niveis.“ $6^1/_4$.‴ Volabat frequenter in Mughi regione in alpinis Czornahora per florida ad tugurium pastoris alpini 8. Augusti in societate Captiunculae, Pauperelli, Taenielli etc.

**1420. Grapholitha Strobilana** L. HS. IV. 273; OT. VIII. 133. „Alis ant. olivaceo fuscis, costa postice 5 paribus hamulorum argenteorum, in strigas plumbeas continuatorum, linea limbali nigerrima, punctis ocellaribus bis interrupta; post. fuscis al-

http://rcin.org.pl

bido ciliatis.“ Vix 6.‴ Specimina duo prope Janow in Pinis silvestribus in collinis Próchnik—Szyp comitibus Penziana et .

**1421. Steganoptycha Abiegnana** FR. HS. IV. 281. „Alis cinerascentibus, fascia ex media costa versus angulum ani directa acutangula obscuriore, speculo dense nigro-lineato, puncto ocellari subobsoleto; post. albidis innotatis.“ 5.‴ Plura specimina in piceto Świńka 19. Maji simul cum Turionana etc.

## Crambina.

**1422. Crambus Silvellus** H. HS. IV. 54; Adipellus Zinck. Zell. Is. 173; OT. IX 1. 73. „Alis ant. dilute ochraceis, vitta submedia non dentata maculaque apici vittae contigua limbum tangente niveis nitidis, venis fuscis, linea antelimbali obtusangula metallica, limbo antice, linea postice 5 punctis nigris.“ 10.‴ Pascuello simillimus. Exemplaria duo sub finem Augusti in humido prato subsilvatico ad oppidulum Ottynija.

**1423. Crambus Alpinellus** H. HS. IV. 55; Zell. Is. 171; OT. IX. 1. 72. „Alis ant. brunneis dorso dilutioribus, vitta media alba nec dentata nec appendiculata, strigis 2 fuscis oblique interrupta, posteriore trifracta lineae fractae antelimbali albae annata.“ $8^1/_2$.‴ Specimina tria Augusto: duo simul cum Captiuncula in alpinis Czornahora, tertium socia Messingiana in sterilibus sabuletis Leopolitani monticuli Wysoki zamek.

**1324. Crambus Taeniellus** Kuhlw. HS. IV. 60; Zell. Is. 174. „Alis ant. olivaceo-griseis, vitta tenui media postice quadrifida alba, striga postica obscuriore obsoletissima extus albido marginata; linea limbali inter venas nigra; cilia linea dividente una fusca.“ 12.‴ Specimina duo in alpinis Czornahora 8. Augusti in societate prioris, Captiunculae etc.

**1425. Crambus Pauperellus** Tr. IX. 1. 101; HS. IV. 63; Zell. Is. 173. „Alis ant. obscure luteis, fascia media medio late interrupta, apice acuto partis posterioris subovatae medium limbum spectante, linea antelimbali nulla; palpis extus fuscescentibus; alis post. fusco-griseis, subtus omnibus fuscis.“ 11.‴ Stentziello simillimus. Plura specimina cum priore et Captiuncula ad tugurium pastoris alpini in montosis Czornahora.

http://rcin.org.pl

**1426. Pempelia Perfluella** Zinck. HS. IV. 74; Zell. Is. 179. „Alis ant. dimidio basali nigricante, dimidio limbali griseis, hoc lunula submedia nigra strigaque pallida utrimque obscurius adumbrata; linea limbali nigro-signata; ciliis lineis 3 obscurioribus. “ 8.'" Striga anterior in meo specimine solum umbra parva supra dorsi medium est indicata. — Exemplar unum in fruticosa Betula mixti luci ad betuletum Krzywczyce, 21. Junii simul cum: Berberidella, Woeberiana, Pyralella, Coronilella, Mercurella, Virgaureana, Minusculana, Chrysanth., Fallacella, Seliniella, Hermanella, Tenebrella, Arenella, Apicistrigella, Alacella, Ornatipennella etc.

**1427. Eucarphia Vinetella** H. HS. IV. 89; Zell. Is. 177; OT. IX. 1. 152. „Alis ant. griseo-ochraceis, costa, dorso strigisque disci 3 longit. argenteis. “ 14.'" Specimina duo in prato foenario ad fluminis Czeremosz ripam sub monte Kostrzyca in pago Żabie (Iłcia) sub finem Julii in societate Bicostellae, Daucellae, Carnellae, Scabioselli, Literalis etc. (vide 1353)

**1428. Homoeosoma Tetricella** SV. HS. IV. 103; Chrysorrhoeella Zinck; Zell. Is. 176; OT. IX. 2. 270. „Alis ant. obscure fumatis, parce tenerrime lacteo-irroratis, ano luteo. “ 9—10.'" Specimina tria in Pinis silvestribus in collinis P.—S. 20. Maji (simul cum: 19, 26, 97, 148, 151, 380, 410, 549, 706, 716, 719, 790, 819, 831, 926, 1031, 1044, 1047, 1096, 1152, 1188, 1231, 1448, 1456).

**1429. Achroa Alvearia** F. (Grisella F.); HS. IV. 112. „Alis ant. unicoloribus griseis, innotatis, capite luteo. “ 8.'" Exemplar unum 21. Julii in oppidulo Peczyniżyn in alveario comitibus: Mellonella, Anella, et Coleoptero Tribolio (Tenebrione) Madente *Charp.* (ceterum vide speciem 1374).

**1430. Melissoblaptes Anella** SV. HS. IV. 113; Zell. Is. 180; OT. IX. 1, 44. „Alis ant. griseis, juxta costam latius sublateritiis, pustulis disci 2 fuscis albo-pupillalis in vitta pallidiore submedia positis, striga postica lineolis venalibus nigris. “ 11.'" Specimina duo Julio; alterum cum priore in alveario in oppidulo Peczyniżyn, alterum in vervactis floridis Leopoliensis monticuli Wysoki zamek, ubi in societate Moritzellae, Berberidellae, Dipoltanae, Citranae, Dysodeae etc. pervesperi prope humum volabat.



http://rcin.org.pl

## Tineacea.

**1431. Incurvaria Vetulella** Ztsdt HS. V. 67; Zell. Linn. V. 311; Circulella Ztsdt. Zell. Linn. V. 312. „Alis ant. aureo-fuscis, maculis tribus minoribus exalbidis, duabus dorsi, una costali ante apicem.“ 7.‴ Magnam habet cum Capitella similitudinem. — Exemplar unum Leopoli in sepe viva 24. Maji simul cum: Schreibersiana, Cynosbana, Ulmella, Boyerella, Communana, Absynthiata, Castigata, Flavicaria etc. (vide 1375).

**1432. Tinea Fulvimitrella** Sodoff. HS. V. 68; Zell. Is. 184 et Linn. VI. 114. „Alis ant. nigris, strigula baseos, maculis 2 costalibus, 2 dorsi oblique oppositis albis (costali ad apicem posteriore); capillis ferrugineis; ciliis basi alis subconcoloribus, apice pluries albo interruptis.“ 8.‴ Exemplar unum 14. Maji in dumeto ad betuletum Krzywczyce in societate Terreanae, Cuphanae, Quadranae, Finimitellae, Torquilellae, Imperialellae, Anthyllidellae, Complanellae, Quercifoliellae, Fagicolellae, Heegeriellae, Scitellae, Serratellae, Parvulellae etc.

**1433. Tinea Corticella** Curt. HS. V. 70. Zell. Linn. VI. 124; Emortuella Zell. Is. 184. „Alis ant. albis, brunnescenti variegatis, maculis costae irregularibus 4—7 strigaque intralimbali una duabusve nigro-fuscis; capillis albidis; ciliis a basi usque ad apicem albo-sectis.“ 7.‴ Reperitur Leopoli gregatim in hortorum sepibus e tabulis factis sub finem Maji initioque Junii simul cum: Echiella, Flavicaria, Niveata, Cribrella, Foeneana etc. Degit interdiu in fissuris libentissime ad ipsam humum.

**1434. Depressaria ?**

Inter meas Depressarias possideo unum specimen formosissimum, in floridis Leopoliensis monticuli Wysoki zamek sub vesperam 10. Julii (simul cum Dysodea etc.) captum, quocum neque ullae descriptiones neque ullae figurae illustratae DD. Zelleri, Schäfferi, Hübneri, Fischeri, congruere videntur; ego saltem identitatem invenire non possum.

Aspicitur hoc animalculum sequenti modo:

Latitudo inter alas expansas $7^3/_4$;‴ ala ant. $3^1/_2$‴ longa, $1^2/_{12}$‴ lata; long. corporis $3^1/_4$.‴ Antennae fuscae. Caput, collare et palpi griseo flavicantia; horum articulus penultimus subtus

http://rcin.org.pl

squamis longis fusco terminatis et canaliculato-congregatis, articulus apicalis basi et sub apice fusco-cinctus

Alae ant. lutescenti fusco-griseae, pallidissime cupreo-tinctae. Apex rotundatus. Venae in toto suo decursu latiuscule nigro exalbidoque variegatae. Color venarum exalbidus ad alae ³/₄ acutangulam efficere videtur strigam, puncta nigra gerentem, crure superiore ad costam mediam, inferiore ad plicae finem porrigentem. Angulus venae mediae furcatae longiuscule item exalbido repletur continetque punctum nigrum. Linea limbalis punctis crassis nigris est insignita. Cilia basi alis concolora, minore parte apicali dilutiora.

Alae post. cum ciliis albido-cinereae, ad apicem vix obscuriores. Pagina inferior alarum omnium innotata; anteriorum fusca, poster. dilutior. Abdomen pallidum. Pedes straminei, fusco adspersi, tarsi fusco luteoque varii.

Si forte descriptum hoc loco specimen novam constituet speciem, eam *Anchusellam* nominandam propono.

**1435. Depress. Alstroemeriana** L. HS. V. 134; Zell. Is. 195 et Linn IX. 238. „Alis ant. albidis fuscescenti-impuris, punctis 2 oblique positis atris ante maculam costae mediae fuscam infra striola coccinea terminatam.“ 7.''' Specimen unum Leopoli sub horto in vervacto, in quo Cannabis sativa, Sysymbrium Sophia et Dipsacus fullonum spisseque et promiscue crescunt. Volabat ibidem ante solis occasum 3. Junii simul cum Moritzella, Xylostella, Niveata, Frumentali, Forficali, Tischerana etc. Mense Junio procreantur Leopoli, et in silvis circumjacentibus, sequentia lepidoptera: 24, 32, 35, 38, 77, 113, 182, 203, 207, 232, 245, 255, 269, 286, 294, 304, 324, 329, 332, 386, 407, 425½, 444, 480, 481, 484, 506, 526, 557, 568, 616, 625, 636, 646, 649, 658, 661, 682, 685, 688, 695, 717, 727, 747, 760, 770, 778, 779, 785, 798, 801, 803, 805, 815, 817, 818, 822, 823, 835, 840, 842, 849, 856, 868, 873, 903, 904, 926, 946, 948, 949, 950, 951, 965, 969, 972, 977, 987, 988, 1013, 1019, 1024, 1031, 1040, 1047, 1053, 1059, 1060, 1089, 1090, 1092, 1093½, 1118, 1126, 1133, 1141, 1160-1163, 1165, 1177, 1178, 1183, 1196, 1203, 1205, 1214, 1219, 1329, 1234, 1236, 1253, 1254, 1256, 1257, 1266,

http://rcin.org.pl

1268, 1286, 1289, 1298, 1315, 1319, 1336, 1338, 1344, 1346, 1352, 1362, 1363, 1364, 1368, 1369, 1373, 1399, 1402, 1405, 1409, 1415, 1416, 1417, 1426, 1433, 1435, 1438, 1447, 1459, 1440, 1449, 1476.

**1436. Depress. Daucella** SV. HS. V. 129; Zell. Is. 196. Nervosa Haw. Zell. Linn. IX. 339. „Palporum articulo terminali nigro-bicincto; alis ant. valde elongatis, apice rotundatis, rubricantibus, striga postica diluta peracute fracta, crure superiore valde obliquo; punctis limbalibus subobsoletis.“ 10.''' Specimina duo in florido prato foenario pagi Żabie (Iłcia) sub finem Julii simul cum Vinetella etc.

**1437. Psecadia Sexpunctella** H. HS. V. 132 Zell. Is. 194. „Alis ant. albis, costa cum dorso plumbeis, punctis 6 disci et limbalibus nigris." 8½.''' Specimina duo Leopoli in sabuletis sterilibus monticuli Wysoki zamek 2. Julii una cum: Seliniella, Kindermanniana, Citrana, Dipoltana, Roborana, Adornatella, Ornatipennella etc. (vide 1389).

**1438. Carposina Berberidella** Mann. HS. V. 142. „Alis ant. cinereis, tuberculis fuscis, ante medium dispersis, ad ⅔ in fasciam macularem congestis.“ 6½.''' Margines tuberculorum sunt ita elevati, ac apothecia Lichenum. — Hucusque inveni specimina duo; alterum (simul cum Perfluella) 21. Junii in Betula mixti luci ad betuletum Krzywczyce, alterum (sociis Dysodea etc). 10. Julii sub vesperum in floridis monticuli Wysoki zamek.

**1439. Topeutis Criella** Ti. HS. V. 144; Zell. Is. 191. OT. IX. 2. 47. „Alis ant. exalbidis brunneo-pulvereis, obscurius venosis, palpis brunnescentibus abdominis longitudine.“ 8½.''' Unam feminam Leopoli in sepulcreto suburbii Łyczakow initio Julii simul cum Paucipunctella, Humerello etc. (vide 1389).

**1440. Pleurota Rostrella** H. HS. V. 146; Zell. Is. 191; OT. IX. 2. 52. „Alis ant. apice producto, opacis brunneis dorso latissime dilutis, costa anguste alba.“ 11.''' Duos mares in sterilibus sabulosis inter pineta circa oppidulum Janow 23. Junii (sociis 1355 etc.).

**1441. Pleurota Pyropella** SV. HS. V. 146; Zell. Is. 191; OT. IX. 2. 54. „Alis ant. nitidis stramineis, vitta ex ba-

http://rcin.org.pl

si juxta costam ad apicem perducta fuscescenti." 8.''' Exemplar unum in pago Żabie (Ilcia) sub finem Julii (vide **1353**). Habitat in florido pratulo montano.

**1442. Pleurota Bicostella** L. HS. V. 147; Zell. Is. 191. „Alis ant. nitidulis cinereis, punctis disci duobus ante, uno post medium nigris, vitta ex basi ad apicem juxta costam niveam fusca." 9 — 10.''' Specimina 3 in florido prato foenario ad flumen Czeremosz in pago Ilcia sub finem Julii simul cum Vinetella etc.

**1443. Anacampsis Aggretella** Zell. „Alis ant. nigro-fuscis, maculis 2 disci unaque costae ante apicem obsoletis exalbidis." $4^1/_2$.''' Quoad similitudinem medium inter Artemisiellam et Anthyllidellam tenet.—Unum specimen in Pino silvestri in collinis Próchnik 5. Junii (sociis: **25**, **37**, **52**, **60**, 80, **324**, **404**, **411**, **570**, **691**, **716**, **819**, **821**, 831, **834**, **840**, **900**, **904**, **926**, **932**, **946**, **947**, **949**, **982**, **1100**, **1161**, **1191**, 1298, **1299**, **1334**, **1354**, **1443**, **1444**, **1475**. Alia mense Junio circa Janow conquisita lepidoptera speciebus **1355** et **1361** alligavi).

**1444. Gelechia Scabidella** Zell. Is. 189; HS. V. 167. „Alis ant. griseis, costa obscurius maculata, fascia baseos punctisque 3 disci solitis nigris ferrugineo-cinctis, striga postica acutangula diluta." $6^1/_2$.''' Plura spec. in Pinis silvestribus cum priore.

**1445. Gelechia Lentiginosella** FR. HS. V. 179; Zell. Is. 198. „Alis ant. fuscis, maculis disci 3 unaque costae rufescentibus." 7.''' Exemplar unum in Pino silvestri in collinis Próchnik 23. Junii (sociis **1355** etc).

**1446. Gelechia Scotinella** Metzn. HS. V. 181. „Alis ant. luteo-fuscis, punctis disci nigris, horum interstitiis maculaque costae ante apicem lutescentibus." $5^1/_2$.''' Exemplar unum tempore verspertino in floridis Leopoliensis monticuli Wysoki zamek. Volabat initio Julii in societate Gerronellae, Apicistrigellae, Moritzellae, Seliniellae, Berberidellae, Cautellae, Nebuleae, Kindermannianae, Dipoltanae, Dysodeae etc.

**1447. Gelechia Moritzella** FR. tab. 30. f. 1; HS. V. 187; Zell. Is. 199. „Alis ant. nigrofuscis, capite palpis et alarum ant. dimidio costali ferrugineis, striga postica pallida."



http://rcin.org.pl

6.''' Exemplaria duo Leopoli; alterum pulcherius (socia Alstroemerella) 3. Junii in vervacto, spisse Sisymbrio Sophia et Cannabe sativa convestito, alterum decoloratum 10. Julii (una cum Scotinella) in floridis monticuli Wysoki zamek. Volat circa vesperam.

**1448. Calotrypis Dentosella** FR. HS V. 208. „Alis ant. plumbeis, disco maculis flavidis ter interrupto; ciliis obscuris, lineis dividentibus 2 percurrentibus nigris." $5^1/_2$.''' Volabat satis multa sole occidente 20. Maji et 5. Junii per florida declivia fruticosa calcareo-arenosorum collinorum Próchnik. (vide 1428 et 1443).

**1449. Stagmatophora Pomposella** FR. HH V. 217; Zell. Is. 213. „Alis ant. auratonigris, maculis 7—8 et fronte argenteis, capillis fuscis." Vix 4.''' Exemplar alterum in supra commemorata regione sociis Transversella, Dodecella, Olivana etc. (vide 1361), alterum prope Leopolim in nardeto ad betuletum Zubrze simul cum Boisduvaliana, Cuspidella etc. Ultimis Junii diebus.

**1450. Coleophora Caelebipennella** Ti. HS. V. 244; Zell. Linn. IV. 238 et Is. 206. „Antennis albis nudis, penicillo longo flavescenti; alis ant. pallidis, lineis 3 argenteis: prima costali basim non attingente, interne acuminata, secunda disci postica (spatio interjecto fuscescenti in costa ad basim producto), tertia plicali." $6^1/_2$.''' Exemplar unum in collinis Szyp prope Janow 29. Junii simul cum priore etc. Habitatio in fruticosorum, declivium floridis v ntis non expositis.

**1451. Coleophora Lineariella.** FR. HS. V 250; Zell. Linn. IV. 329. „Antennis albis fusco annulatis, articulo basali griseo sine penicillo; palporum fasciculo brevi, articuli secundi apice dorsoque ultimi albidis; alis ant. acuminatis dilute brunneis albido lineatis, linea costae tenui alba." 6—7.''' Plura specimina 19. Junii inter quercea frutecta collinorum Mostki (vide 1375). Indigena pratorum floridorum.

**1452. Tinagma Transversella** Zell. Is. 204; HS. V. 260. „Alis ant. viridi metallicis, ad limbum punctulis albis irroratis, maculis 2 superpositis pone medium (una dorsali, una disci) albis." Vix 4.''' Specimina plura in variis arboribus ad margines fagetorum mixtarumque silvarum inter L. et Wi. in societate Maleagripennellae, Finimitellae, Rubrifasciellae, Calthellae,

http://rcin.org.pl

Lacertellae, Ulmifoliellae, Quercifoliellae, Fagicolellae, Amyotellae, Heegeriellae, Cramerellae, Roboris, Scitellae, Quercetelli, Mespilellae, Pomifoliellae, Incanellae, Modestellae, Caesiellae, Quadranae etc. (vide 1375). Tempus vigendi mensis Majus.

**1454. Ornix Caelatella** Zell. Linn. II. 585; HS. V. 298. „Alis ant. brunneis; striga ante medium in plica fracta, macula quadrata media strigulisque costalibus (ad limbum vergentibus) tribus argenteis, capillis griseo fuscoque mixtis.“ $4^1/_4$.''' Specimen unum paulo obsoletum in Quercu ad marginem querceti Bednarówka. Viget medio Majo simul cum: Kleemanella, Ulmifoliella, Sparmanella, Rajella, Quercifoliella, Roboris, Meleagripennella etc. (vide 1375).

**1455. Elachista Incanella** FR. HS. V. 308; Frey Linn. XIII. 253; „Antennis griseis, obscurius annulatis, capite, fronte palpisque albidis, alis ant. longiusculis (apice subacuto), leviter squamatis, dilute griseis, fusco intermixtis, linea plicae obscuriore, fascia ante medium maculisque 2 oppositis, indistinctis dilutioribus; ciliis albo-griseis, ad basim rubescentibus, linea squamarum nigra.“ $3^1/_4$.''' Specimen unum ad margines silvarum inter L. et Wi. simul cum Transversella etc. Excitatum est a me de Evonymo europaeo (qui per cunctae fere Haliciae silvatica in copia invenitur).

**1456. Heliozella Metallicella** Zell. Is. 204; HS. V. 315. „Capite ac alis ant. olivaceo metallicis, his guttula ad angulum ani albida obsoleta.“ $3^1/_6$.''' Speciem hanc inveni satis frequentem prope J. in Corylis pineti R. non procul ab querceto P. R. 25. Maji simul cum Tetricella etc.

**1457. Bucculatrix Boyerella** Dup. Zell. Linn. III. 291; HS. V. 341. „Alis ant. niveis fusco-pulvereis, lituris 3 costae obliquis, una dorsi postica cinnamomeis fusco pulverosis, lineola apicis longitudinali nigra; capillis cum conchula niveis, antennis fusco annulatis.“ $3^1/_2$.''' Specimen unum Leopoli in Pruno pado dumeti ad hortorum margines 24. Maji in societate: Schreibersianae, Ulmellae, Circulellae, Cynosbanae, Communanae, Absynthiatae, Castigatae.

**1458. Bucculatrix Crataegi** Z. Linn. III; 290;

http://rcin.org.pl

HS. V. 339. „Alis ant. exalbidis fusco pulvereis, lituris 3 costae cinnamomeis, fusco pulverosis, lineola ante apicem longit. atra; capillis albidis fuscisque, antennis annulatis.“ $3^1/_2$.‴ Unum spec. ad margines mixtarum silvarum inter L. et Wi. Viget ibidem Majo in societate Transversellae etc.

**1459. Bucculatrix Nigricomella** Z. Linn. III. 299 et Is. 215; HS. V. 338. „Alis ant. virescenti aeneis; capillis nigris, antennis fuscis, apice albis conchula majuscula nitide albida.“ $3^1/_2$.‴ Exemplar unum 21. Junii ad marginem querceti Bednarówka. Habitatio in Quercu.

**1460. Bucculatrix Ulmella** Mann Zell. Linn. III. 288; HS. V. 339. „Alis ant. pallide ochraceis, maculis costae obliquis obscurioribus, fusco pulveratis, macula dorsi medii fusca nigro-squamata, capillis ferrugineis, conchula antennarum epistomioque flavescentibus.“ 3.‴ Exemplar unum Leopoli in Pruno pado 24. Maji sociis Boyerella etc.

**1461. Lithocolletis Kleemanella** F. Zell. (Linn. I. 244 et Is. 218; HS. V. 333. „Alis ant. saturate croceis, strigis duabus paribusque duobus strigularum oppositarum argenteis introrsus fusco-marginatis, pustula apicis atra; antennis cinereis apice albis.“ $3^1/_2$.‴ Exemplar unum (simul cum Caelatella etc.) in querceto Bednarówka. Tempus vigendi mensis Majus.

**1462. Lith. Ulmifoliella** H. Zell. Linn. I. 210 et Is. 218; HS. V. 324; Tr. IX. 2. 187. „Alis ant. croceis, lineola baseos longitudinali, striga obtuse fracta strigulisque costae 3, dorsi 2 niveis, puncto rotundo atro ante apicem atrum.“ $3^1/_2$.‴ Unum exemplar in querceto Bednarówka Majo cum priore.

**1463. Lith. Faginella** Mann. Fagicolella HS. V. 327; Zell. Linn. I. 204 adnot. 3. „Alis ant. croceis, striola baseos longit. recta nivea, strigulis costae 4, dorsi 3 niveis (pari primo in fasciam acute fractam juncto), striola apicis nigra.“ $3^1/_2$—4.‴ Habitatio in silvis fagineis inter L. et Wi. Tempus vigendi est mensis Majus.

**1464. Lith. Heegeriella** Zell. Linn. I. 232; HS. V. 323. „Alis ant. nitidis albidis, postice aureolis, strigis costae 4, dorsi 2 fuscescentibus postice albo marginatis, linea longit. ex basi fuscescenti, puncto apicis oblongo atro.“ 3.‴ Duo specimina cum priore. Commoratur in Fagis silvaticis.

http://rcin.org.pl

**1466. Lith. Pomifoliella** Ti. Zell. Linn. I. 196; HS. V. 330. (Mespilella H.). „Alis ant. obscure croceis, striola basali long., strigulis costae 4, dorsi 3 niveis (prima dorsali magna subulata), striola apicis atra; tarsis albis nigro annulatis.“ 4.‴ Exemplar unum cum prioribus.

**1467. Lith. Tremulae** Zell. Linn. I. 251 et Populifoliella Is. 218; HS. V. 334. „Alis ant. angustioribus dilute brunnescentibus, strigulis marginalibus fuscis postice albido marginatis, linea apicis nigra.“ $3^1/_4$.‴ Exemplar unum Aprili in querceto Bednarówka. Latebat in Corylo avellana.

**1470. Cemiostoma Scitella** Mtzn. Zell. Linn. III. 278 et Is. 214; HS. V. 343. „Alis ant. nitidis canis, postice croceis striolisque costalibus fuscis, macula marginis postici atra metallice lilacino pupillata“ Vix 3.‴ Exemplar unum inter frutecta betulinea ad betuletum Krzywczyce. Volat Majo simul cum Transversella etc.

**1471. Phyllocnistis Saligna** Zeller Linn. III. 270 et Is. 214; HS. V. 344. Alis ant. angustulis nitidis albis, linea longit. gemina fusca ex humero, apice flavido in costa fusco-strigulato, puncto apicis atro.‴ 3.‴ Pulcherrimum hoc animalculum inveni specimin unico in Alno glutinosa ad marginem betuleti Zubrze Octobri simul cum: pluribus Gracilariis, Conscriptella, Emargana, Caudana, Albella, Tragopogone, Cassinia, Ferruginea, Psittacata, Boreata. Posteriores tres species volabant hoc anno usque ad finem Novembris.

**1472. Micropteryx Sparmanella** F. Zell. Linn. V. 338 et Is. 185; HS. V. 393. „Alis ant. aureis, crebre et grosse purpureo reticulatim irroratis, macula anali aurea; post. violascentibus; ciliis luteo griseis.“ 4.‴ Exemplar unum in mixto prosilvio betuleti Zubrze. Viget initio Maji incolitque Alnos glutinosas.

## Pterophoridae.

**1473. Alucita Ochrodactyla** SV; Zell. Linn. VI. 327; HS. V. 367. „Capillis in fasciculum longum frontalem productis; alis ant. pallide ochraceis, obscurius lituratis, apice laciniae anterioris elongato.“ 11.‴ Specimina 2 in floridis in excisis pineti Romanówka 23. Junii in societate Ericelli etc. (vide 1355).

*

http://rcin.org.pl

**1474.** a. **Alucita Stigmodactyla** Zell. Linn. VI. 374; HS. V. 375. „Alis ant. luteo-griseis dorso gilvescente, ciliis costalibus laciniae anterioris externe albis, punctis 2 oblique positis nigris ad fissuram; ciliis digiti tertii breviusculis.“ 9.‴ Exemplar unum Majo (vide 1375) in graminosis silvaticorum inter L. et Wi.

**1475. Alucita Mictodactyla** SV. Zell. Linn. VI. 258; HS. V. 376. „Alis ant fuscescenti-cinereis, antice obscurioribus, ciliis costalibus fuscis, striola media, macula diffluente ad fissuram lituraque laciniae anterioris longit. nigro-fuscis; digiti tertii ciliis breviusculis.“ 9.‴ Exemplar unum in pratulo sub querceto P. R. 5. Junii (sociis 1443 etc).

**1476. Alucita Lienigiana** Zell. Linn. VI. 380; HS. V. 379. „Collari epistomioque brunneis; alis ant. gilvescenti-albidis, strigula obliqua ad fissuram, striola punctoque majore in ciliis costalibus laciniae anterioris punctisque in laciniarum apicibus fusco-nigris distinctis.“ 9½.‴ Obvenit satis frequenter Junio et Julio circa R. g. et L. Incola locorum herbosorum.

**1474.** b. *) **Alucita Baliodactyla** FR. Zell. Linn. VI. 393. HS. V. 384. „Capite praeter lineam transversam albidam brunnescente; abdomine exalbido luteo-trilineato; alis ant. exalbidis, costae striola in laciniae anterioris origine nigra ciliorumque litura longit. fusca, ciliis dorsalibus apicem versus iufuscatis.“ 12.‴ Exemplar unum in declivibus collinorum Próchnik 29. Junii simul cum Thecla W- albo etc. Hospitatur in herbosis inter mixta fruticeta.

*Finito demum labore hoc opusculum, qualecumque ad finem adductum est, in manus Tuas, Candide Lector, jam trado, rogans, ut Tibi persuasum habeas, me in illo elaborando tantum dilectissimae mihi scientiae incrementum spectavisse, non vero lucri studio ductum fuisse, quum per 10 annos omnes impensas in excursiones aliaque ex propriis fecerim.*

*) *In dinumerandis speciebus, in Postscriptum introductis, invitus numeros 1453, 1465, 1468, 1469 omisi, numerum 1378 bis repetivi. Ne igitur falsam lepidopterorum Haliciensium dem summam generalem, Baliodactylam repetito numero 1474 designavi.*

http://rcin.org.pl

# Postscriptum.

*Mille trecenta quinquaginta duo lepidoptera, quae in praeposita Enumeratione laudavi, annis 1850. ad 1859. collegi. Anno vero 1860. excurrens in varias regiones, quas usquedum non aut festinanter perscrutabar, multa cepi lepidoptera, quae me ad hunc demum annum latuerunt. Haec jam lepidoptera in separato affero appendice, et quidem propterea, quod eadem in Enumeratione, quam initio anni 1860. typis edendam tradideram, collocare non potui.*

## Papiliones.

**1353. Hypermnestra Apollo** L. HS. I. 145; OT. I. 133. „Alis albis, ant. maculis 5 nigris, post. ocellis 2 rubris maculaque anali nigra rubrave nigro-cincta.“ 36—40.''' Specimina 3 sub finem Julii in humilioribus montibus circa Jasienow prope Żabie. Volabat pluribus exemplaribus inter frutecta frondosa per aprica declivia lapidosa. In convalle inter Kutty et Żabie Ilcia), per quam flumen Czeremosz labitur, inveni variis locis sub finem Julii simul cum Apolline sequentes species: 2, 4, 6, 49, 60, 71, 73, 74, 75, 76, 394, 417, 454, 559, 663, 691, 798, 802, 803, 976, 999, 1055, 1116, 2022, 1397, 1408, 1427, 1436, 1441, 1442 (ceterum vide 1390).

**1354. Colias Myrmidone** Esp. HS. I. 105; OT. I. 177. „Alis saturate aurantiacis, limbo maris tenuiori fusco nullis venis flavis.“ 21—23.''' Paulo minor Edusa. Specimina plura in vervactis intrasilvaticis prope Hołosko et in pratulis subsilvaticis circa Janow. Volat sub finem Maji et ineunte Junio. Verisimile est, hunc papilionem in nostratibus esse frequentem; quum tamen si volat pro Edusa, cujus est consimilis, haberi potest, mirum non est eum me animadvertentem adhuc usque fugisse.

**1355. Polyommatus Helle** SV. HS. I. 130; OT. I. 68. „Alis fuscis seriato nigro-maculatis, maris coeruleo nitidis,

http://rcin.org.pl

anter. feminae disco fulvo; subtus numerose seriato-ocellatis, ant. fulvis, post. fuscogriseis fascia limbali rubra.“ 10—11.‴ Unum par pulchrum inter mixta fruticeta collinorum Próchnik 23. Junii (sociis 7, 120, 414, 549, 704, 716, 801, 819, 960, 977, 1077, 1078, 1080, 1096, 1151, 1298, 1405, 1406, 1408, 1440, 1444, 1445, 1473; vide etiam species 1361, 1443, porro 1309 et 997).

**1356. Lycaena Sebrus** B. HS. I. 116; OT. X. 1. 65. „Femina: alis supra fuscis, squamis laete argenteo-coeruleis (praecipue basim versus densius) conspersis; subtus albido-cinereis basi cyaneo-viridi, lunula media serieque (limbo subparalella) punctorum nigrorum albo-cinctorum.“ 11.‴ Lycaenam hanc minori Also (8—$9^1/_2$‴) consimilem, quae testante Dn. Schäfferio in Gallia meridionali, Sardinia Asiaque minori volat, in Halicia in campestri-collina ditione Janow detexi, quum ibidem comite Amicissimo mihi Zimmermann 29. Junii calcareo-arenosa collina Próchnik perscrutabar. Ambae feminae, quas hoc die cepi, quietae tempore vespertino in plantarum floribus sedebant. Alia lepidoptera simul cum Sebro in his regionibus capta Theclae W-albo adjeci.

**1357. Erebia Pyrrha** SV. HS. I. 64; OT. I. 267. „Alis fuscis, fascia rufa utrimque conspicua, dorsum versus attenuata, anteriorum ad costam nigro-bipunctata, post. innotata, infra maculari, subtus continua.“ 18.‴ Volabat gregatim per florida pratula silvatica in superioribus regionibus immensarum Abietis excelsae silvarum in montosis Kostrzyca 8. Augusti (simul cum Herciniana, Janira, Caesiata, alliacea Fasciaria (Prasinaria, cujus in pinetis circa Janow solum carnea reperiuntur exemplaria). In regione Mughi alpinisque cacuminibus contermini tractus montosi Czornahora aliquot tantum conspexi exemplaria volitantia (vide 1390).

**1358. Satyrus Alcyone** SV. HS. I. 73; OT. I. 176. „Alis fuscis, fascia exalbida subfumatave, ant. ocellis 2, post. nullis; subtus basi al. post. fusco nigroque submarmorata, postice in cellula media in magnum sinum protracta, fascia lactea irrorata ocello unico.“ 26.‴ Exemplaria 4 prope L. inter fruticosa aprica in summo monticulo Cz. sk. Volat Julio evdemque tempore cum speciebus, quas Penthinae Roboranae (1412) addidi.

**1359. Satyrus Brizeis** L. HS. I. 74; OT. I. 170. „Alis fuscis viridi submicantibus, anter. costa albida, fascia ma-

http://rcin.org.pl

culari alba biocellata, poster. fascia lata alba; subtus fascia al. post. obsoleta irrorata in medio basim versus effusa." 30.'" Unum marem medio Augusto in fruticosis ad flumen Czeremosz in pago Biłoberezka prope Żabie (vide 1353).

